TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_0979

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Ducati etc.

Privilegi antichi
Diplomi
Ducali Venete
pel Friuli

979

1 al 485

161

UDINE

BIBLIOTECA
CIVICA

[illegible] missionis causarum

Franciscus foscari Dei gratia Dux venetiarum etc. Nobilibus et sapientibus viris vitali Miani de suo mandato Locumtenenti patrie fori-julij et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. fidelis Communitas nostre utini porrexit Dominio nostro Capitulum infrascripti Tenoris. Et. Supplicatur vestre Celsitudini humiliter, quatenus dignetur de speciali Gratia concedere, et ordinare quod M. D. L. et Auditores Novi sententiarum lites, causas et questiones coram eis vertentes et pendentes, ac futuras, Tam causas principales, quam appellationum committant Consilio Sapientis non suspecti ad requisitionem litigantium si ambo consenserint, vel si ambo noluerint consentire ad petitionem cuiuslibet ipsorum expensis requirentis reficiendis tamen per succumbentem in ea nominatis primo eis confidentibus et non suspectis per partes ut lites et cause que dietim cumulantur [illegible] rius producantur ad finem, et ut parcatur laboribus et expensis. Ad quod respondeatur, quod sumus contenti concedere dicte communitati prout in suprascripto capitulo continetur, propterea fidelitati vestre scribimus et mandamus cum nostro consilio de [illegible] quatenus contenta in dicto capitulo, et responsione nostra observare, et observari facere inviolabiliter debeatis.

Datum in nostro Ducali palatio die xxvi. Marty, indictione quinta M. [illegible] xxvij.

Quod cives non possint trahi venetias nisi ex contractibus venetijs celebratis

Quoniam a certo Tempore citra Multi Cives et habitatores verone citantur et requiruntur per diversos magistratus [illegible] Nobile Curie de proprio Curie petitionum, et alios similes [illegible] dominum venetias, quod omnino inconveniens est [illegible] non debent trahi ad judicium extra [illegible]tionem [illegible] domicilium suum, et quia [illegible] sequitur [illegible] et non [illegible] proinde supplicatur quod Serenitas vestra dignetur [illegible]

mandare. hoc nullo modo, nullaq via fieri, ne dicti subditi fidelissimi venetijs frustrentur laboribus et expensis contra jus debitum. Nam Rectores vestri veronenses sufficientissimi sunt cuicumq petenti et requirenti justitiam ministrare; Coram quibus veronenses conveniendi sunt, et non coram judicibus venetiarum. Respondeatur, quod pro debitis et mercantijs, ac contratibus factis venetijs possint venetijs conveniri; Sed pro alijs rebus conveniri debeant verone coram potestate nro, qui pro tempore erit, Et istud idem conseruetur in omnibus alijs locis nostris à parte Terre.

Datum in nostro Ducali palatio in Consilio Rogatorum; Die ultimo Martij. M. cccc. xxxv.

Privilegia subditis conseruetur

3 Ordinatur de cetero, et statuitur, quod non possit poni quicquam contra pacta, promissiones, vel privilegia, que subditi nostri à nobis habent, et si ponentur, non valeat, nisi positum sit per quattuor Consiliarios, et duo capita de .xl.ta ad minus, et captum per tres partes Consilij, et siquis contrafecerit cadat de ducatis mille, et Bamnatur de maiori Consilio, ac primetur omnibus officijs et beneficijs per quinque Annos, et non possit presens pars revocari, suspendi, vel declarari, aut aliter ullo modo poni, Nec contrafacientibus fieri gratia, donum, remissio, vel aliqua compensatio sub eadem pena, et sic procedatur de pena in penam usque in infinitum, et committantur hec inquirenda, et pene exigende Capitibus Consilij .x.m Pars capta in Consilio decem. Die .xxvij. Junij. M. cccc. xliiij.

Possessores per Annos. L.ta sint Livellarij, et non Colonj

4 Siquis possederit in futurum per annos quinquaginta continuos et solverit unam certam pensionem uniformem continuam, et non appareat an de jure livelli, vel locationis solventis, nec de hoc etiam constari possit per formam publicam, aut aliud modum, vel presumptionem, quod in tali dubio intelligatur, quod talis persona solverit jure livelli, et quod ex talibus solutionibus continuis presummatur esse livellum, et sic possit et debeat de eo investiri ut livellarius, item illi, qui recognoverint aliquid ab ecclesia per spacium quadraginta annorum sub uniformi pensione debeant investiri ab ipsis ecclesijs sub forma predicta, prout jus disponit, in Rogatis. 23. decembris. 1451. 1451 23 de

In qua materia fuit incisa sententia Domini Michaelis Hanavierij Locumtenentis sub die xxj. junij. 1490. in qua cassatus fuit commeatus quondam Bernardini de Floritis et fuisset probatum per formam publicam, quod coloni tenuerant jure affictus simplicis, et sic non erat ille casus in dubio, et ideo in fortioribus terminis.) 1490 xxj junij videto hanc incisionem T. f.o 50

Quod compromissa facta more Veneto non valeant

[vide T. f.o 172 t.o]

5. Introducta est quedam pessima consuetudo in terris et locis Dominio nostro subditis a parte terre, quod in commissionibus, que fiunt per judices arbitros de jure, et de facto ad hoc ut non liceat partibus quovis modo appellare a dictis arbitramentis, volunt, quod habeant illud robur, et auctoritatem, quod vel quam haberet, si facta fuisset in hac civitate, licet statuta civitatum et aliorum locorum nostrorum per Dominium nostrum confirmata aliter disponant, quod non est bene factum, ideo vadit pars, quod de cetero in supradictis commissionibus, que fiunt de

de jure, et de facto ut supra dictum est more veneto, nihilominus intelligantur esse supposite statutis et legibus illius civitatis et loci ubi facte fuissent, et non aliter, et addatur in capitulario auditorum novorum, et faciant, ut pars suprascripta inviolabiter observetur et habeat locum non obstante ratificatione facta per Rectores nostros ut supra in Consilio Rogatorum . 13. Septembris . 1473.)

Sed nota quod tempore quo Syndici fuerunt ultimo in . 1519. sive . 1519. non fuit reperta talis pars in eorum capitulario.)

Quod nemo se impediat de compromissis factis more et modo veneto

6 Conciosia cosa, che le differentie fra li nostri citadini che si terminano per via de arbitri sia honor dela terra nostra, et utile, et occore che in esse sententie facte per li arbitri se trova zudese et arbitri che se intromettano, quando sono facte le ratification, et questo sia causa, che molti non se compromette, et anchora che li arbitri recusano, onde per proveder secondo lo honor nostro, andera la parte, che in le differentie arbitrarie, che se fara per compromessi liquali de cetero seranno celebrati, et facti de rason, et de fatto in quelle cose, che seranno fatti li compromessi, li zudesi senza altro respetto siano tegnudi a confirmarli, et li nostri auditori non se possano intrometter, salvo se avanti la ratification de quella sententia li zudesi, over arbitri, overo la mazor parte de quelli dicessino esser sta ingannadi, et haver pigliato error, in questo li nostri zudesi et auditori posseno zudegar come justo li parera non obstante la presente parte, in ogni altro la presente parte sia observada, ne in contrario per alcun modo

si possa far, o zudegar. Salvo sempre lo officio di Avogadori de comun in le cose, che apartien al suo officio. Et contra la presente parte non si possa far gratia, senon per sei Consiglieri, tre Capi, et trentacinque de quaranta, et le do parte del gran Conseglio, in Conseglio grande, 20. de ottobre. 1434. over. 32. o 33.)

Quod Arbitramentum non valeat solum in illa parte, in qua fuit captus error, et in alijs valeat.

7 Quod De cetero si quis iudicum Arbitrator ante ratificatam Sententiam dixerit iudicio suo cepisse errorem de aliqua parte Sententie, iudices nostri et Auditores possint in illa parte erroris iudicare, et facere sicut pro suo officio videbitur. Sed in alijs partibus sententia Arbitrorum firma sit et à iudicibus ratificetur iuxta formam ordinis de compromissis, quod in omnibus alijs partibus firmum sit. preterquam in parte predicta, et sit ista pars ligata cum stricturis, et Conditionibus contentis in parte de Compromissis, servata auctoritate, et libertate officij Advocatorum Communis tam in hac parte, quam in alia parte de Compromissis in Totum et per Totum, x. Maij. 1444.)

In favorem sententiarum latarum De consilio Sapientis.

.8. Quoniam inter Alios oratores aliarum Civitatum nostrarum ad presentiam nostrorum et Capitum Consilij .x. comparentes, Circumspectus vir Augustinus de millis cancellarius et orator huius fidelissime Communitatis nostre Brixie Comparuit, ac reverenter indoluit exponens quod

tz alias per hoc Consilium in .1449. 1454. 1455. Captum
et deliberatum fuit, quod pro observantia privilegiorum, sta-
tutorum, et provisionum factarum ipsis Civitatibus Auditores
nostri novi Sententiarum, vel tunc Auditores, vel tunc Syn-
dici, vel tunc advocatores non possint se intromittere
de Causis inappellabilibus, nec de sententijs latis de
Consilio Sapientis, Tamen Auditores ipsi videntes non
posse intromittere sententiam latam de Consilio Sapientis
intromittunt actum, per quem Rector vel potestas Com-
mittit aliquam Causam Consilio sapientis, sive publicationem
sententie vel aperitionem Consilij, sive preceptum ad
committendum Causam, ex quo sequitur, ut si quando
Julit actus postea per Consilium incidatur, id fit cum se-
quutis et dependentijs, et per Consequens sententia de Con-
silio Sapientis lata nullum sortitur effectum, nec sen-
tentia ipsa habere potest suam executionem, et si-
militer sententia una facta de Consilio Sapientis
videntes se non posse obtinere, aut saltem dubitantes
quod non fiant due sententie conformes, appellant
a secunda Commissione facta per potestatem ad
Auditores, ita quod finis videri non potest in litibus
et per tales indirectos modos privilegia et Statuta
Concessa Civitatibus, et decreta Consilij nostri X.mi
non veniunt habere locum, et propterea supplicave-
runt taliter provideri, quod cessare habeant huiusmodi dispen-
diosi modi, et alieni ab intentione ordinum predictorum
Captorum in Consilio nostro decem, quare Cum prefata
fidelissima nostra Communitas Brixie restet in huius-
modi iusta petitione bene Contenta et satisfacta ob
meritum inconcusse fidei sue cum prefato nostro Con-
silio X.mi sub die. 23. instantis deliberavimus, et providimus quod de

cetero dicti Auditores, vel Tamen Syndici, vel Tamen Auditores vel Tamen Advocatores non possint se impedire, vel intromittere aliquam appellationem Tam ab aliqua Terminatione, seu pronuntia, que fieret per Rectores nostros quod aliqua Causa committeretur Consilio Sapientis quam ab omni et quocumque alio actu consequente ipsam Commissionem, et omnis intromissio, que contra hoc fieret, sit et intelligatur, verum si forte circa predicta, vel aliquid predictorum aliqua ex partibus litigantibus iam appellasset, vel causam aliquam consilio, vel Collegio remisisset ob lapsum mensium Trium, que non esset iam per Consilium, vel collegio, nulla eis per Auditores et Capita de .xl.ta presydentes collegij Audientia prebeatur, sed Talis appellatio, seu remissio sit ipso iure nulla, et habeatur perinde, ac si numquam interposita fuisset, et presens ordinamentum se extendat etiam ad omnes alias Civitates nostras, salvis tamen reservatis statutis et ordinibus Civitatum loquentibus super causis ecclesiarum, pupillorum, et miserabilium personarum, Executio vero et observantia suprascripti ordinis Commissa est capitibus Consilij .xl.ta Data in Ducali palatio Die .26. octobr. 1502.

Constitutio de agnatis et vicinis non habet locum in Terra vtinj

.9. Quoniam Multe lites orte sunt, et quottidie oriuntur propter Constitutionem de agnatis et vicinis, ideo volentes dictas lites abdere, statuimus et ordinamus, quod de cetero quilibet possit libere, vel in solutum

accipere à quacumque persona bona jmmobilia jn Terra Vtinj
existentia, nec Teneatur ea bona vendere, vel jn so-
lutum dare alicui agnato vel vicino vigore Constitu-
tionis patrie sub Rubrica de agna. et vicin. jmmo dictã
Constitutionem jn hac Terra Vtinj cassamus, et annullamus
et volumus esse nullius efficacie vel valoris, Hoc tamen
excepto, quod si essent duo, vel plures agnati, vel Consortes
qui haberent unam Domum Communem, quod si unus ex dictis
agnatis, vel Consortibus vendiderit, vel jn solutum
dederit partem suam dicte domus alicui extraneo non
habenti partem jn dicta domo: possit eam petere, et ree-
mere eodem precio, quo empta est per eum, qui eam emit
vel jn solutum accepit, et hoc ne scandala fiant jnter
dictos agnatos, et Consortes, et habeat locum presens
ordinamentum etiam jn bonis jmmobilibus, que venduntur
ad jncantum super plathea Communi Vtinj existentibus
jn terra Vtinj, et si quis contrafecerit huic statuto,
Cadat jn penam .xxv. ducator., Cuius Tertia pars
sit Dnj Capitanej, Tertia Communitatis Vtinj, et Tertia
eius contra quem fieret, et nihilominus presens ordina-
mentum habeat roboris firmitatem, Et hoc Statutũ
seu ordinamentum habeat locum jn Contractibus
faciendis, et factis, jn quibus nulla lis vel contro-
versia mota est, jn quibus volumus aliquid fieri
debere sub pena predicta, nisi usque ad .x. dies à die
proclamationis facte, quibus transactis nullo modo
volumus audiri debere sub pena predicta, Confir-
matio autem predicti ordinamenti fuit facta per

Serenissimum Ducale Dominium penultimo Die Augusti jn-
dictione 4ta. 1441. et littere jpse Recepte et Registrate
5. Septembris. 1441.

circa expensas processus cause principalis quado sententia fuit jn cisa Veneti reducendo partes jn eo statu, quo erat

10 Nota quod Multotiens occurrit, quod quando jn appellationibus
deductis Venetijs jnciduntur aliquę sententię redu-
cendo partes jn pristinum statum, jn quo erant Tempore
sententiarum latarum sive jmmediate ante latas dictas
sententias cum clausula quod de expensis utrimque factis
Rectores justitiam faciant, partes victrices pretendant
sibi satisfieri etiam expensas totius cause principalis.
jdeo fuit capta pars jn parlamento patrię, quod si pars
aliqua succubuerit Venetijs jn appellatione et uelit
jterum procedere jn dicto processu non mutando petitione
sed continuando causam jn statu restitutionis quod D. L.
possit dare jpsi Terminum ad probandum, et hoc modo
volendo jterum Causam expedire, quod Talis non Teneatur
ad soluendum expensas processus, Sed si nollet procedere,
aut uellet formare aliam petitionem, quod Teneatur, et
jsta pars fuit Confirmata per litteras Ducales,
de quibus patet die 23. februarij. 1505. et pro maiori
facilitate jnueniendi dictam partem parlamenti
et Confirmationem queratur sub Regimine M.ci D.ni
francisci foscarj locumtenentis, et jsta vidi producta jn

quodam processu scripto per S. Bartholomeum in quadam Causa inter unum de Cisternis, et quendam Illorum dei cos de Spilimbergo, et hic subsequenter appono partem parlamenti, et Confirmationem.

Postremo per Clarissimum Iur. Doctorem Dnum Franciscum de Strassoldo sic expositum fuit, quia a parvo tempore citra irrepserit quedam prava Consuetudo vel verius Corruptella damnosa admodum et preiudicialis, nullaque iure, aut honestate vestita, que per ante in hac patria non fuit a seculo audita, quod sequuta simplici incisione sententiarum per Iudicia, sive etiam magnifica Consilia veneta vel cum sola repositione in pristinum statum, et sic sine alia reformatione sententie, que tamen fieri debuit iuxta formam Constitutionis nostre petuntur expense prime instantie per eum, qui reportavit talem nudam incisionem in eius favorem in dicta repositione in pristinum nulla alia super dicta instantia sequuta incisione, et quod deterius est Actor omisso processu facit et fit novam omnino petitionem absque eo, quod reo satisfaciant expensas prime instantie, quem in ipsa instantia laboribus et expensis tantoopere fatigavit quibus quidem Corruptellis prorsus dispendiosis omnino occurrendum est, propterea vadit pars, quod de cetero reportans in eius favorem huiusmodi nudam, et simplicem incisionem cum repositione in pristinum vel sive fuerit Actor, sive Reus, non possit virtute talis incisionis petere expensas prime instantie, sed partes intelligantur in eisdem statu et gradu, quibus erat immediate

anteq lata fuisset sententia, et sic allegati processus et instantie sicut erant ante, nunc esse intelligantur, ita quod tam circa merita quam circa instantiam, exinde fiat et fieri debeat jus seu reformatio per judicem prime instantie, sicut fieri poterat, anteq lata fuisset sententia postea incisa, ex quo venetijs nulla fieri consuevit reformatio, Hoc tamen addito, quod idem Dnus Judex possit assignare partibus aliquam dilationem brevem tamen eius Arbitrio limitandam ad probandum, et deducendum de [illegible] earum juribus, dummodo probationes faciende per Testes non sint super eisdem, vel directo contrarijs juxta dispositionem juris communis, et Constitutionis patrie, Ac quod Actor omisso processu prime instantie non possit facere novam petitionem, vel veteriorem quovis modo mutare, corrigere vel illi addere contra formam juris, nisi prius reo satisfaciat omnes legitimas expensas per eum in dicta instantia factas, Cum jure cautum sit nemini licere cum aliena jactura locupletari. Et quod Capta suprascripta parte supplicetur Ill.mo Duc. Do. nostro, quod dignetur, et velit ipsam Confirmare ad gratiam et Consolationem huius sue fidelissime patrie, que pars sic supra Capta posita et obtenta fuit, Sequitur Confirmatio.

Leonardus Lauredanus Dei Gratia Dux Venet. etc. Nobilibus et Sapientibus viris francisco foscari de

..suo Mandato Locumtenenti patrie Forijulij, et Successoribus suis dilectis salutem et dilectionis affectum. Adeuntes presentiam Dominij nostri Sp. D. Antonius de Sauorgnano D. Franciscus de Strassoldo, et Jacobus de Castello Doc. r[illegible] ac egregius Q. franciscus de Cergneo Oratores Illius fidelissime patrie nostre inter cetera eius nomine Supplicarunt, quod partem captam in suo Generali parlamento sub die .20. Julij proxime elapsi, qua Cautur, quod reportans nudam et simplicem recisionem cum repositione in pristinum, siue fuerit actor, siue reus, non possit virtute dicte incisionis petere expensas prime Instantie etc. sicut diffusius ex ipsius partis lectione, Cuius Exemplum nostris presentibus insertum melius poteritis intueri. Dignemur approbare et confirmare ut pote omnibus in genere peroptatum. Nos autem, qui istam Carissimam et fidelissimam patriam Caripendimus, eique in Cunctis equis et honestis gratificari Cupimus, ipsam partem utilem (ut aiunt) et necessariam laudauimus, approbauimus, et Confirmauimus, ac Tenore presentium laudamus, approbamus, et Confirmamus, vobis Mandantes, quod presentes litteras nostras Quetis, faciatisque ab omnibus inuiolabiliter obseruari, has autem registratas presentanti restituite etc. Datum in nostro Ducalj palatio Die .23. Septembris vel februarij. Inditione .9. 1505.

Emptores Bonorum subiacentium fideicomisso non possint priuari sine restitutione precij

.ii. Capta fuit pars, Quod si aliqua possessio, de his, que transeunt de herede in heredem esset vendita, et

alienata postmodum autem emptor aliquas expensas in dicta possessione posuisset, et heredes, qui dictam possessionē petere vellent, et juxta desimili testamentum transeat de herede in heredem, et ab emptore dictam possessionē vendicare pretendant debeant ipsi soluere expensas, et precium emptionis quanti constitit dicta possessio, alioquin dictam possessionem nullo modo habere possint, In Consilio Rogator. 18. junij. 1463. in Capitulario Dnor. Auditor. vetherum Cap. 138. Reperitur alia pars in libro vocato la liona in Cancellaria Ill.mi Do. car. 228. in simili materia.

Q. Bona Ill.mi Do. nō alienēt sine licentia M. D. L.

12. Coram Mag.co D. Leonardo Contareno patrie foriiulij Locumtenente presentibus in [illegible] pri Dno fortunato episcopo Sarauallensi, et vicario R.mi D. cardinalis patriarce Aquilegiensis, Sp. D. francisco Georgio hon. Thesaurario utrinque D. Daniele a Scala doctore, pro Camera fiscali, et pro q. Joanne Cisilino Instante pro Capitaneatu Sauffumbergi, qui hoc anno conduxit ad affictum pro ducat. 167. Mag.cus D. L.s antedictus non tantum pro utilitate dicti Capitaneatus sed et omnium alior. Capitaneatuum, Gastaldiar. et Camerar. patrie Declarauit, et Terminauit, quod nullus Cuiuscumque Conditionis existat, audeat, vel presumat vendere, vel alienare, aut jura sua cedere alicui de aliquo Terreno, Manso, aut Bono sine expressa licentia M. D. Locumt. qui pro Tempore erunt sub pena libr. 50. et amittendi dicta Bona, et nihilominus venditio facta nullum sortiatur effectum, et ne ignorantiam aliquis

allegare possit. Mandamus fieri publicum proclama Utini, et in omnibus locis Capitaneatuum, Gastaldiarum et Camparum patrie de omnibus predictis, attento quod plurimi ipsa bona vendunt cum maximo damno nostri Inclyti Duc. Do. Venet.
Die. 21. decembris. 1459. Sequitur Confirmatio huius proclamatis.

Sp.^li D. Lazaro Mocenico et Successoribus, vidimus quandam determinationem factam sub die. 21. novemb. 1459. et in quinto libro extraordinariorum dicitur apparere, per Sp. virum D. Leonardum Contareno precessorem vestrum, qua determinatum extitit, quod nullus cuiuscumque conditionis existat, audeat, vel presumat vendere, vel alienare aut iura sua cedere alicui de aliquo Terreno, vel mansis sine expressa licentia D. L. sub pena libr. 50. et ammittendi dicta bona, et nihilominus venditio facta nullum sortiatur effectum, ut in ea, Consyderavimus eam cedere ad utile, et proficuum Ill.^mi Dnij, Quapropter Duximus ad Sp. V. has exarare eidem requirentes ut prefatam Terminationem observet, et observari inviolabiliter faciat, cum Bona Ill.^mi Do. conservanda, et manutenenda sint, faciendo litteras nostras in libro membrane Cancellarie et Camere fiscalis registrari ad futuram memoriam Utini. 15. Martij. 1519.
Bernardus Donato, et Coll. Aud. novi. S. et Syndici ff.

Quod comunee non alienet.

13 Augustinus Barbadico Dei Gratia Dux Venet. etc.
Nobilibus et Sapientibus viris Leonardo Mocenico de

suo Mandato Locumt. patrie foriiulij, et successoribus suis dilectis salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod jn nostro Consilio X.m et additione die 20 jnstantis capta fuit pars Tenoris jnfrascripti. Quod venerunt ad presentia Capitum huius Consilij complures Ciues, et villici Terrarum et locorum nostrorum, et grauiter jndoluerunt, quod officiales Tam super Cameris quam rationum vetherum, et nouarum posita falce jn rebus communealibus sententiauerunt, et confiscauerunt jn nostrum Dnium Bona Communealia posita jn Territorijs nostris, quod est scandolosum jnitium, et valde damnosum omnibus, et preter mentem et jntentionem nostri Dominij, quod non est passum, quod jn bonis Communealibus Rectores nostri, Syndici, nec officiales Ciuitatis se jntromitterent, nec jlla confiscarent jn Dominiu nostrum, et peterent cum multa jnstantia et reuerentia Tanto disordini et Tam damnoso, et communi beneficio prouideri, quia si priuarentur vsu et Communione rerum et bonorum Communialium, quorum possessionem habuerunt à Tanto Tempore citra, quod non est memoria jn contrarium, remanerent Consumpti penitus, et propterea vadit pars, quod autoritate huius Consilij prouisum et firmiter deliberatum et Statutum sit, quod per Rectores nostros Syndicos, vel officiales Ciuitatis Venetiarum de cetero nõ possint jnquiri, sententiari, vel Confiscari res vel bona Communealia, que fuerunt possessa ab annis 30.ta supra pacifice et quiete, sed remaneant jpsorum res, et communealia bona, et vsufructus eorum jn Commun. vbiq, jn quibus sunt, reseruatis semper Juribus particularium personarum, ecclesiarum, et Monasteriorum. Verum ut dictis

hominibus et Communibus non sit arrepta facultas alliuellandi vendendi, et alienandi, et in se appropriandi vel in Toto vel in parte predicta bona communealia, ex nunc auctoritate huius Consilij firmiter Statutum et decretum sit, quod predicta communia, et homines illarum non possint deinceps alliuellare, vendere, vel alienare, vel in se appropriare in Toto, vel in parte predicta bona communealia, Sed illa Teneant in Communi suo, et pro usu communis et hominum ut per formam Statutorum Tenentur, et qui contrafecerint huic deliberationi, Contrafactores cadant de duc. 50. pro pena pro quolibet, et si non haberent, unde soluerent, stent uno anno in carcere clausi, et Tamen quicquid factum fuisset auctoritate huius Consilij sit nullum, et per capita illius res et bona Tradita mandentur restitui debere, et reduci in uilla et communi, in quo antea erant, reseruato officio aduocatorum nostrorum communis, et Rectorum nostrorum et aliorum, ad quos iudicare iuxta formam Statutorum et rerum super bonis et rebus communealibus antehac quomodolibet alienatis, aut in se conuersis, et appropriatis, Has autem ad Successorum memoriam registrari facite, et in frequentia personarum publicari.

Dat. in nro Duc. pal. Die. 22. Junij. indict. 13. 1495.

Modus seruandus super confiscationibus

14. Sunt in hac urbe nra iam diu Oratores fidelissimae Ciuitatum nrarum paduae, Veronae, Taruisij, et forojulienses, et querentes verbis plenis amaritudine de

quibusdam confiscationibus contra eos factis, et circa hoc adducentes plurima notabilia inconvenientia, et disordines sequutos, nisi convenienter provideatur, idcirco cum nihil sit eque odiosum et scandolosum rationibus notissimis unicuiqz huius Consilij quam eiusmodi materia confiscationis, sitqz imprimis et ante omnia recidenda radix, que producit tam malos fructus, removendaqz facilitas à nostris ministris deveniendi ad tales actus sine expressis et evidentissimis rationibus, et subditi nostri potius sentiant benignitatem status nostri, quam timer habeant severitatem et rigorem alicuius nos representantis, Vadit pars, quod primum confirmatis, salvis, et reservatis in suo robore, et vigore permanentibus omnibus et singulis partibus, ordinibus, et legibus in hac materia deliberatis tam per hoc Consilium, quam per Consilium Rogatorum, et maxime et potissimum illis, qui volunt, et statuunt non posse confiscari, nec etiam aliquo modo inquiri, aut procedi super possessoribus et bonis quibuscumqz Dominij nostri pacifice possessis per annos 30.ta Que quidem partes, et leges cum omni plenitudine debeant observari cum omnibus capitulis et conditionibus in eis appositis, et declaratis, et insuper extendi cum auctoritate huius Consilij debeant non solum ad paduanos, veronenses, brixienses, Ravenatos, et forojulienses, sed ad omnes alios fideles subditos nostros indifferenter, adeo quod super predictis bonis per 30.ta annos pacifice possessis non solum non possit fieri aliqua confiscatio, sed nec acceptari quidem aliqua denuncia, que porrigeretur alicui Magistratui; Captum preterea, et firmissime statutum et ordinatum sit decreto huius

consilij cum additione, q ad bona nostri Dominij usurpata et
possessa citra annos 30. q in Talibus casibus per nullum
Rectorem, aut officialem nostrum cuiuscumq generis tam
intra q extra hanc nostram Ciuitatem procedi aliquo mo
possit, nisi seruato ordine infrascripto Vz. quandocumq fiet
Denuntia, Manifestatio, Conscientia, aut propallatio aliqua
bonorum nostri Dominij ab aliquo usurpatorum à dicto Tempore
30. Annorum citra, Tunc Rector, seu officialis, siue Alius,
Cui Talis denuntia facta fuerit, Teneatur illum presen-
tare, aut presentari facere Capitibus huius consilij cum
omnibus alijs scripturis, que simul cum denuntia presen-
tate fuissent, aut allegate, et in hoc casu Capita diligenter
videre debeant, et examinare denuntiam et scripturas
eius presentatas, et si eis videbitur Talem manifestationem
esse rationabilem, et non contrauenire legibus et ordi-
nibus in hac materia disponentibus, Tunc videre possit,
et ponere huic Consilio interueniente Collegio de dando
facultatem Rectoribus, aut officialibus, quibus denun-
tiata fuisset procedendo per iustitiam, et secundu eorum
Conscientias ad illos actus, prolationes, et sententias,
que ipsis videbuntur facte, aut processibus et sententijs
si ab ipsis sententijs eius parte sententiata prouoca-
tum et appellatum fuerit, Demum ipsi processus et Sententie
presentari debeant Capitibus antedictis, qui Teneantur
deducere eos ad Consilium interueniente Collegio, et
si ex forma et processibus, et scripturis post denuntia
et Ambabus partibus productis Consiterit no fuisse
Contrafactum partibus, et ordinibus suprascriptis, et
maxime circa prescriptionem Annorum 30. in eo Casu
per idem Consilium dari et deputari debeat illud, vel
illa consilia, aut Collegia auditura, et determinatura

super appellatione dictarum sententiarum et actuum sicuti conveniens fuerit judicatura, et im portantiam causarum et alia circa instantias convenientia. Debeat hic mos inviolabiliter observari. et demum et in huiusmodi confiscationibus cum omni consideratione, et maturitate procedatur, captum quoque et statutum sit, quod nullus officialis noster huius civitatis facere possit per se solum aliquo modo, forma, vel ingenio aliquem actum pertinentem confiscationibus. Sed fieri possint, et debeant ipsi actus per maiorem partem illius magistratus, aut officij, cui denuntia facta fuerit, aut manifestatio servato tamen ordine suprascripto. Cui nullo pacto liceat contrafieri.

Dat. in Nostro Duc. pat. ex Consilio. x.^m cum additione Die. xj. Junij. 1496.

Super Confiscationibus

15. Leonardus Lauredanus Dei Gratia Dux Venet. etc.

Nobilibus et Sapientibus viris Vincentio Minotto de suo Mandato Marescalco et vicelocumtenenti patrie Forijulij et successoribus suis fidelibus salutem et dilectionis affectum. Notificamus vobis quod in nostro Consilio x.^m cum additione sub die 19. Maij presentis capta fuit pars tenoris proxime subsequentis videlicet quoniam oratores fidelissime patrie Forijulij ad presentiam Dominij, primum et subsequenter capitum huius Consilij comparentes cum magna instantia supplicaverint pro infrascripta reformatione partis capte in hoc Consilio cum additione xj. Junij. 1496. et per quam datur modus Rectoribus nostris de extra, et officialibus nostris de intra servandus super

denuntijs illis factis de illis, et contra illos, qui dicitur ab annis 30 infra usurpasse, et in se convertisse possessiones, et bona spectantia Dominio nostro, et supplicatio videtur bene conveniens, et honesta, et omni iuri bene consentanea, Et propterea vadit pars, quod salua et reseruata parte predicta 1496 in reliquis omnibus partibus suis, vt iacet, addatur, et longius iuxta eam supplicationem reformetur, siquidem aliqui Rectores vel officiales nostri Tam intra quam extra non possint de cetero habere licentiam ab hoc consilio procedendi contra aliquam personam, vel formandi processum occasionibus in predicta parte dictis super aliquibus bonis, nisi princitatis, et auditis in contradictorio iudicio possessoribus bonorum, de quibus agi pretenderetur, et coram capitibus huius Consilij primo et ante omnia admitti debeant probationes possessorum volentium probare se vltra annos 30 possedisse, et alias de iuribus suis ad informationem Capitum et huius consilij pro obseruatione partis predicte, quo circa vobis Mandamus vt presentes litteras registrari in actis huius Cancellarie ad futuram Memoriam faciatis, et registratas presentantibus restitui, Dat. in nostro Ducali pal. 24 Maij 1506.

Circa officium caballiorum D. L.

.16. Quum ad aures et notitiam nostram ex continua lamentatione et querella multorum Nobilium Ciuium et Ruralium personarum peruenerit, per Caballarios nostros siue Curie nostre multas mangiarias et extorsiones intollerabiles fieri exercendo officium eorum,

(l. et T. f.o 71 et f.o 343)

precipue in pignorando debitores, quo fit, ut creditoribus non satisfit, et debitoribus ipsius afflictiones accumulantur, ipsique caballarij per hunc modum ex sanguine debitorum alantur et locupletentur. Nos igitur Lucas Navaierio pro Ser.mo Duc. Do. nostro venetorum huius patrie forijulij locumtenens volentes quantum cum Deo possumus ex munere officij nobis crediti huic pestifero morbo providere ac occurrere omnibus melioribus modo, via, iure, et forma, quibus melius possumus et debemus inherentes maxime litteris Ducalibus emanatis de auctoritate Excelsi Consilij Rogatorum continentibus xij. capitula anno Dnj. 1436. die nono Maij, ac parti capte in Excelso Consilio Rogatorum die 3. februarij 1457. ac constitutionibus patrie, necnon provisionibus Mag.corum Dnorum Syndicorum pro tempore existentium Dicimus, pronuntiamus, ordinamus, et diffinitive declaramus per ordinem ut infra.

Po
1.o Nullus caballarius audeat, aut presumat, sive possit aliquem pignorare, nisi primo fuerit per sententiam Tribunalis nostri condenatus, vel alias in dubio ipso sponte conviltus, seu se convinctum vocaverit, vel pro lmellis et affictibus, et si contra factum fuerit, caballarius ipso facto perdat salarium, et mercedem suam, et qui comisit ad pignorandum, solvat debitori ire remissibiliter omnes expensas, damna, et interesse, que et quas propter hoc idem debitum fecerit et passus fuerit, de quibus damnis et interesse stetur iuramento ipsius pignorati.

2.o Dicti caballarij quovis modo, seu quesito colore non possint sibi satisfieri facere a debitoribus, quos ... duxit ad pignorandum, vel quicquam ab eis accipere pro eorum mercede, et salario, seu eius parte, sed sibi satisfieri

faciant à Creditoribus, qui eos mittunt ad pignorandum; qd
si secus factum fuerit, sine hunc saluberrime provisioni
contrafactum, Caballarii ipsi sic contrafacientes ipso
iure intelligantur esse cassi, et privati eorum officio sine ulla
spe restitutionis, et reassumptionis ad ipsum offi-
cium, et ulterius q stent, et stare debeant per diem
unum ad birlinam in Terra Utini.

3.° Q Caballarii predicti non possint accipere ultra duos
solidos pro miliare iuxta formam et Tenorem Con-
stitutionis patrie sub Rubrica de salario Caballariorum
Et ulterius q si iverint ad pignorandum plures, q
pro rata unumquemq Tangente eis satisfieri debeat
a Creditoribus, et supra, quod non possint in una
vice, seu uno itinere ire ad pignorandum plusq tres
debitores sub pena perdendi salarium suum et priva-
tionis officii, et q primum fecerint dicta pignora, te-
neantur nomina predictorum debitorum, seu pignoratorum
referre, seu dare in nota Camere pignorum sub pena
predicta.

4.° Q Marascallus et Caballarii pro inquisitione, persequu-
tione, vel captura alicuius malefactoris non possit
quicq petere pro eorum mercede, quia vivere debeant
per villa, et loca, per que ibunt, et mittentur, suis
sumptibus et expensis, non autem Communium, vel
particularium personarum iuxta Continentiam 3. et 9.
Capitulorum Contentorum in predictis litteris Ducalibus.
et ne quis de predictis possit pretendere ignorantia,
iubemus predicta omnia et singula ad sonum
Tube publice proclamari super scalis palatii, ac in
foro novo Terre Utini, et deinde in altis Cancella-
rie nostre notam fiere de predicta proclamatione ad

perpetuam rei memoriam: Postremo etiam ad sonum Tube publice omnibus et singulis notificari ordinamus qualiter per Sp. parlamentum patrie novissimis diebus factu revocata fuit provisio et pars capta in precedenti parlamento circa ordinem pignorandi, et relationes faciendi, ne quisque illa putoris amplius relationes de pignore non conducto fieri non posse. cum res ipsa sit reducta in pristinum, et fieri valeant relationes ipse juxta Constitut. et consuetudine antiquam, et predicti ordines habeant, et habere debeant principium primo die Mensis decembris proxime fut. 1487. die 26. novembris. 1487. per Damianum Inbicenom vtinam proclamata fuerunt suprascripta Capitula.

De duabus sententijs conformibus de consilio sapienti[bus]

Franciscus foscarj Dei Gratia Dux venet. &c. Nobilibus viris Laurentio Donato de suo Mandato locumtenenti patrie forijulij, et successoribus suis dilectis salutem et dilectionis affectum, ad informationem vestram Significamus vobis quod in 1431. die. 20. Mensis augusti, ad requisitionem et instantiam istius fidelis Communitatis nostre vtinam deliberauimus et statuimus cum nostro consilio Rogatorum et additionis, quod quando late sunt due sententie diffinitive pro vna partium de consilio sapientum, et secunda est confirmatoria prime, quod vlterius non possit juxta continentiam et tenorem littere alias per nos

scripte dicte Communitatis. Cum hoc quod si forte pro una partium fereretur sententia que damnaret processum, ut quia pronuntiaretur processum fore nullum ex aliqua causa, vel absoluentur partes ab observatione Judicij, aut alia sententia, que non diffiniat negotium principale, seu merita cause. Talis sententia non computetur in illis duabus, et decisionis super negotio principali, et non super rectitudine vel nullitate processus. Mandamus itaque vobis, ut hanc partem, et ordinem servetis, et faciatis inviolabiliter observari. Datum in nostro Ducali palatio die 3. mensis Martij, indict. 2. 1439. et presentata 29. Maij. 1439. per dominum Antonium de Nordis.

Quod emptores Bonorum venditorum ad instantiam Dominij, ipsis non priventur, nisi recepto pretio et melioramentis.

.18. Quoniam ad Cameram Terrarum nostrarum Sint quamplures debitores nostri Dominij in magna pecuniarum summa superiori tempore habitis, et aliter diversis modis, qui solvere non curant, nec umquam solvent, nisi oportune provideatur, et sint ex ipsis debitoribus habentes possessiones, qui satisfacere possent nostro Dominio, et illas sub diversis protestibus obligaverunt et obligant, per modum quod etiam quando intromisse sunt, et vendite per Cameras nostras, etiam tales venditiones diversis modis et vijs impediuntur et retractantur, et hoc modo numquam persolvitur Dominio nostro, Sitque necessarium super hoc facere provisionem,

Vadit pars, quod illi, qui de cetero ement a Cameris Terrarum
nostrarum aliquas possessiones, et bona, et Tales venditio-
nes intromitterentur, sive inciderentur per officium Advo-
catorum nostri Communis, vel Auditorum nostrorum, vel ali-
quod aliud officium quod predicti emptores prefatarum possessionum
et bonorum venditorum habere debeant precium, sive
precia, quibus Tales possessiones et bona emissent, et
expensas sive melioramenta, que in ipsis bonis, et
possessionibus fecissent, Antequam extrahantur, et priventur
possessione dictorum bonorum, Sicut est conveniens et hone-
stum, et presens pars revocari non possit, suspendi, vel
aliter declarari sub pena ducatorum quingentorum pro
quolibet ponente se, vel Consentiente partem in contra-
rium, Declarantes insuper quod rectores Terrarum no-
strarum nihil habere debeant occasione venditionum
suprascriptarum.

Quod bona camere fiscalis non subiaceat Constitutioni de Agna et vici.

.19. Leonardus Lauredanus Dei Gratia Dux Venetiarum
Nobilibus et Sapientibus viris Leonardo Centani de Suo
Mandato Marescalco et vicelocumtenenti patrie Forijulij
et successoribus suis fidelibus dilectis Salutem, et
dilectionis affectum, Ne e fatto intender, che questo vostro
Vicario pretende dechiarir, i beni che sono de rason
dela Signoria nostra sotto zasmo a certa Constitution
de qui sub Rubrica de Agna et vici. per che qualunche
agnato del Alienante tal beni, et aderenti a quelli possa
apresentar, Come se serua dele Terre de particular

persone, il che quando seguisse saria de notabilissimo preiudicio alla nostra Sig.ª perho volemo, et con il nostro consiglio ue imponemo, che per niente questo se faci per nessun modo, facendo retrattar tutto quello che fortassis fosse sta fatto per il ditto vicario in tal materia contra il presente ordine, et constitution nostra, qual ad unguem, et inviolabiliter observarete, et farete observar. Has autem etc. Dat. in nostro Duc. palatio, Die .6. junii, indictione nona .1506.

Q. D.ni Aduocatores no possint suspendere causas ultra mensem.

20. Non Possint insuper prefati Aduocatores, nec aliquis eorum a se ipsis suspendere aliquam causam pro maiori spatio temporis quam per unum mensem, quo finito partes possint ire ad Consilia, et prosequi appellationes suas, nec possint impediri ab ipsis aduocatoribus communis ullo modo, nec prorogare suspensionem, sub pena quingentor. ducator. pro quolibet exigenda per Consiliarios, et Capita de .XL.ta tam superiora quam inferiora, et quemlibet eor. sine aliquo Consilio, et tamen suspensiones facte ultra dictum tempus unius mensis sint irrita, et nullius valoris, et teneantur presidentes Collegior. et Consilior. transacto tempore dare Consilia et Collegia causis, et similiter quilibet Magistratus intus, et extra transacto termino predicto dare expeditionem causis predictis, Die .15. junii .1493. in maiori Consilio.

Q Castellani habitantes Vtini facti Cives Contribuant cu civibus pro bonis q habent Vtini, et cu Castellanis pro bonis extra Vtinum

.21. In christi Nomine Amen. Nos Hieronymus Barbadico pro Ser.mo Duc. Do. patrie Forijulij Locumt. In certa lite, et differentia vertente inter Nobiles Castellanos patrie Forijulij parte ex una, ac Nobiles et Castellanos habitantes in Terra Vtini et Civitatis austrie ex alia, in et pro certa Contributione expensarum factarum in mittendo venetias Oratores et maxime quia Castellani patrie habitantes in Terra Vtini, et Civitatis austrie Contribuerent ad ratam expensarum sicut ipsi Castellani, et dicti Nobiles habitantes Vtini, et Civitatis austrie dicebant non teneri, nec velle Contribuere simul cum Mag.ca Communitate Vtini et Civitatis Aust. quia sunt de membro Communitatis etc. Auditis partibus predictis cum juribus suis pluries, et allegationibus, et consideratis omnibus considerandis christi Nomine repetito. pronuntiamus et sententiamus in hunc modum Vz. q Nobiles Castellani effecti Cives habitantes in Terra Vtini pro valore quem habent, et possident in Terra Vtini teneantur Contribuere cum Terra Vtini, pro reliquis vero bonis, que habent extra Terram Vtini, teneantur Contribuere cum alijs Nobilibus Castellanis patrie habitantibus extra Terram Vtini, et similiter teneantur Castellani habitantes in Civitate austrie. Non derogando propterea aliquibus Concessionibus

factis per nostrum Ser.^mm Do. aliquibus Nobilibus prelatis.
Lecta, Lata, et data, et in his scriptis sententialiter
promulgata, et pronuntiata fuit suprascripta
sententia per prefatum Dnum locumt. Vtini sub pa-
latio Die. 26. februarij. 1457. presentibus Sp. Doctore
Dno Corrado de Monte regali Cive padue, & Joanne Ci-
silino, & petro medico Civibus Vtini Testibus etc.
Ex notis & Vrbani notarij vtinensis existentibus
penes & franciscum de Maniaco notarium.

Q. Res litigiosa no possit vendi.

22 Introducta est quedam pessima Consuetudo per
nonnullos subditos nostros litigantes tam in hac nra
Civitate, quam in Terris et locis Dominij nostri, quod adhuc
pendente judicio indeciso, ad hoc, vt altera pars succum-
bat, et in longum litigium laboribus et expensis magis
fatigetur, de re, de qua est inchoatum judicium, sive
sit stabilis, sive mobilis faciunt instrumenta po-
tentiori pecunijs, amicis et potentibus, et pessime, propter
hoc judices, vbi Talia devolvuntur, vacillare, et
aliquando proferunt sententias iniquas, ad grave
damnum et jacturam alterius partis, et Contra hono-
rem Dei, et Dnij nostri, ad quod providendum est penitus,
vnde, vadit pars, quod de cetero non liceat, nec licitum
sit alicuj cuiuscunque Generis, vel conditionis existat
pendente judicio de aliqua re stabili, vel mobili, de ea
re facere alicuj persone instrumenta publica de
omni jure, quod habet in Tali re alienata, sive permuta:
que omnia jura de facto intelligantur esse acquisita per
alteram partem, et vltra cadat ad penam quingentorum

ducator. Cuius medietas sit accusatoris, si habuerit interesse, et quarta pars deveniat in Dnio nostro. Reliqua quarta pars Aduocatoribus nostri Communis, et quod tale instrumentum seu pactum cum omnibus inde secutis sit nullum, nulliusque efficatie, roboris, vel momenti, et teneatur Rectores de cetero, quicquid sequutum fuerit occasione predictorum, retractare, et mandetur Aduocatoribus, quod presentem partem observare faciant, eamque inviolabiliter observari et habeat locum per totum Dnium nostrum a parte Terre, et addatur in Capitularibus. Capta in Consilio Rogatorum Sub Die. 14. novembris. 1485.

Pro constantissima fide forisiuliensium erga Ill.mum Dnium venetum

.23. Leonardus Lauredanus Dei Gra Dux venetiarum et Reverendis Dnis prelatis, Mag.cis Castellanis, et Spect. Communitatibus patrie forisiulij forisiulij salutem et sincere dilectionis affectum. La constantissima et inviolabil fede, et in genere, et specie, de le R.de Signorie, Mag.cie et Sp.ta vostre, et de tutti quelli fidelissimi patrioti ne è, za tanto tempo nota, et ben impresa ne li animi nostri, che non solum amemo, ma cum tutti li spiriti desideremo ogni comodo, utile, et beneficio suo, et ogni zorno piu che piu acresse la nostra opinione, et firmissimo desiderio volendo per essa experienza la persevarante disposition de vostre R.de Signorie Mag.cie et Spect. iuncta cum uno ardore, et fede inconcussa verso la Sig.ria nostra attestante, et per el locotenente nostro, et per li vostri Mag.ci oratori apresso nui residenti. Il che ne è stato de tanto apiacer, et contento, che ne è parso

far questa a V.re R.de, Ill.rit, Sig. Mag.cie et Spect.s, Certificandole che no solum portamo grandissima affectione, verum etiam le habiamo collocate in mezo dele viscere nostre, et non siamo per esser jmmemori in alcun tempo, ma farle tal corespondentia, che cossi come tutto el mondo sa che V.re R.de S. Mag.cie et Spect.s ne sono Care, Cognosceranno per veri effetti hui haverle Car.me et far dele persone V.re quella existimation, che ricerchano le degne Conditio sue. jn nostro Ducali palatio die .xvij. junij, indict. xij. 1509

1509. Q Antique jurisditiones et longe Consuetudines Dnor. cōsortū de spilimbergo ꝯseruentur

.25. Franciscus Foscari Dei Gr̄a Dux venet. etc.

Nobilibus et Sapientibus viris francisco foscari de suo Mandato locumtenenti patrie forijulij et succes-soribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Dilecti fideles nostri Consortes omnes de Spilimbergo ad nostram presentiam venientes con-questi sunt, quod vos datis aures quibusdam eorum subditis contra antiquas jurisditiones, et consuetudines suas et proinde nobis humiliter supplicarunt, ut jn ipsis suis antiquis jurisditionibus et consuetudinibus conseruemus. Nos auditis et jntellectis his, que nobis exposuerunt, que nobis honesta uidentur, vobis scribi-mus et mandamus, quatenus ipsos Consortes omnes jn eorum juribus, jurisditionibus, et approbatis Con-suetudinibus conseruetis, nec ipsos contra illas ad alicuius vel aliquorum instantiam molestetis neque per-

mittatis a quopiam molestarj, et si fortasse iste Jurisditiones
et Consuetudines per privilegia, aut alias audenticas
scripturas integraliter non possent ostendi, sufficere debedt,
si per dignas informationes, et continuam observantia
ostenderint. Tamen ut hec et huiusmodi differentie possint 1424.
melius et equius diffinirj, quonia nre intentionis est qd
in brevi generale parlamentum Totius patrie convocett,
in quo volumus hoc negotium proponi, ubi erunt multe No-
tabiles persone de his rebus optime informate, et ibi sup
ista materia bonum judicium fieri poterit, et ita unus
quisqz sciet, quid perpetuis Temporibus observandum, sed isto
interim volumus qd ipsos Nobiles de Spilimbergo non mole-
stetis, nec permittatis (sicut predicitur) molestarj sed
eis suas approbatas Consuetudines observetis.
Dat. in nostro Duc. pall. Die. xix. mensis julij, Indit.
secunda. 1424. // A Tergo Nobilibus et sapientibus
viris francisco foscarj locumtenentj nro patrie fori-
julij, et successoribus suis. Rta die. 20. ms julij. 1424.

Q. Processus in ca Criminalj remittat. Nob. Dnis Consortibus de Spilibº.

25 IN Causa processus per Nos formati Contra Baptista
et socios de provesono pro morte q. Turonj hospitis in
stino in villa provesonj interfecti, Cuius Casus remissio
petita est per Sp.les Dnos Consortes Spilimbergi habentes
jurisditionem in dca villa provesonj, Audita instantia
Spect. Dnor. Consortum Spilbi. sive Sp. Dnj hyppolitj
de valvasono eorundem advocatj supplicantium, ac
instantissime petentium, qd sic suadente Justitia

ac pro Conservatione Jurisditionis sue, ac privilegiorum suorum
et antiquarum Consuetudinum remitteretur processus formatus per ipsos super morte q. Turonj hospitis Interfecti in villa provesanj jurisditionis ipsorum Nobilium de Spilimbergo huc Transmissus de Mandato sue Mag.cie Cum alias judicaverint in similibus, et enormissimis delictis ponentes in banum delinquentes de sua jurisditione ac Tota patria juxta formam Constitutionis sub Rubrica de homicidijs puniendis, aut extra patriam banniendis offerentes se ostendere judicaturas, et remissiones sibi ipsis, et alijs habentibus jurisditionem in patria, quibus Contradixit Sp.lis Dnus Bartholameus de Clemona, et dixit Tamquam advocatus presbyterj joannis patris ipsius q. Turonj, et Cesaris ipsius Turonj fratris dicens predictam remissionem minime fierj debere, Cum ipse Turonus ab ipsis de provesano animo pensato, et facta Inter eos secta fuerit interfectus, ex quo Casus ipse venit judicandus per Mag.cum et Cl.mum Dnum locumtenentem et non remittendus, propterea visis imprimis quibusdam sententijs bannitorijs de sua jurisditione, et Tota patria latis per ipsos Dnos Consortes Spil.gi cum processibus antea formatis, una sub anni 1479 die 29 aprilis Contra Mianum de Lestano molendinarium, alia de anno 1482 sub die primo februarij Contra joannem antonium et ambrosium de portunaone, alia in anno 1486 die 20 julij Contra petrum Cordonem de Lestano, et jacobum pelliparium de Spil.go alia 1488 die 26 januarij Contra antonium Strazamustij, venutum odoricj, petrum joannis decanj de barbeano visis

quoda alio processu formato contra Nonnullos de barbeao interfectores Joannis marci Armigeri jn ipsa villa, et Captura unius ex ipsis deliquentibus nominati fantini de Corua cum remissione ipsius fantini Capti, et dicti processus per Tunc M. D. L. sub die 5 octobris 1492. visa quadam alia remissione M. D. Antonij Marcello olim locumtenentis jn membranis munita sigillo sancti Marci jn anno 1463 die 8 augusti, visa ipsa Constitutione patrie sub ipsa Rubrica de homicidijs puniendis, et bannniendis extra patriam, visa quadam alia remissione in similibus facta per M. D. Andream lauredanum dominis Consortibus de varmo sub die 13 Junij 1509 cum multis remissionibus jn ipsa Civitate visis duabus litteris Ducalibus una diei 14 aprilis, altera 19 julij 1424, visa quadam remissione facta per Illustrissimum Duc. Do. Comunitatis Civitatis austrie sub regimine Magnifici D. Pauli Barbo predecessoris nostri facta die 24 decembris 1491, viso etiam processu ipso mortis dicti Turoni, ac et Testibus examinatis per vicem nostrum super ipso casu, omnibusque bene, ac diligenter Consyderatis, **Christi nomine** jnuocato Nos franciscus donatus eques Locumtenens generalis patrie forijulij volentes juxta intentionem Illustrissimi Duc. Do. nostri Consuetudines, Concessiones, jndulta, ac priuilegia ipsis dominis Consortibus Spilimbergi manutenere, et Conseruare, ipsum processum eisdem remittimus, quod justitiam ministrent juxta formam juris, et patrie Constitutiones suas, jta et Taliter quod non jncumbat nobis necessitas aliter Corrigendi, vel supplendi, cum nostra declaratione et quod sententiam quam post hanc mittant, ut videre possimus an juste, et secundum Casus exigentiam judicauerint, quod certissime facturos

pro eor integritate non ambigimus. Lata, Data, et pro-
mulgata, ac pronuntiata fuit suprascripta sententia
sine remissio per Mag.cu et Cl.mu D. Locumt. Sedent. in
sala noua Communis Vtinj, et lecta per me Joanne
pacis notariu ordinarium Cancellarie die 5 decembris
1520 5 dech. 1520. indict. 7.ma pntibus Sp.lib. Dno Joanne Antonio, et Dno
Adoardo, ac Dno Ruberto ex Consortibus Spil.gi laudantib
Sua Mag.cia de dicta remissione, ac presentib Spect.
Doct. Dnis hyppolito de valuasono, et hieronymo Someto-
nino, et vigentio Emiliano Doct. Testibus et alijs plurib.
Joannes pacis notarius Cancellarie auscultauit cum
suo originali, et quia concordabat, ideo in fidem sub-
scripsit, et muniuit sigillo Sancti Marci, ex libro Ciui-
lium et Criminalium a c. 669.

Sententia M.ci D. L. in ca criminali

.26. **Nos Dominicus Bollano** pro Ill.mo ac Excell.mo
Duc. Do. Venet. etc. patrie Forijulij locumt. generalis
Sedentes pro Tribunali in logia palatij ad solitum juris
banchum vbi similes condenationes per precessores
nostros legi et publicari solent, post sonum Campane
ex auctoritate et libertate nobis a prelibato Ser.mo
Dnio attributa infrascriptam sententiam, et Con-
demnationem contra infrascriptos delinquentes
dicimus, proferimus, ac promulgamus ut infra.
Meneum q. Antonij longo, Danielem eius fratrem,
fortunasium del vatri, Angelum del vatri, Matthissiu
q. nicolaj fauorlinj, Jacobum filium Danielis fauorlinj
habitantes in Sarmo inferiori, Baptam nepote Joannis

cosa in dicta, Angelum filium Marcutij menini habitantes in
villa madrisij varmi, Joannem Cosa habitantem in varmo
inferiori, Bizarum sive Sebastianum filium laurentij mo-
lendinarij famulum suprascriptorum de mininis, et alios com-
plures socios, nomines facinorosos, Bannitos de pluribus
locis, ac publicos homicidas querellatos per sebastianu
Trivisanum habitantem in vamo inferiori nomine suo
et nepotum suorum filiorum q. jacobi Trivisani eius fratris,
nuper occisi, et aliorum omnium de domo sua, et Bartholu
filium q. petri habitantis in . . . . nomine suo, et aliorum
omnium de domo sua, in eo, de eo, et super eo, q. supra-
dicti querellati die duodecima mensis Augusti . 1499 . cum
deliberato proposito, Tractu, intentione, et voluntate inter-
ficiendi suprascriptos querellantes, Armati cum par-
tesanis, Speltis, Spatis, Targis, Arcubus cum fricijs,
Manarinis, et lanceis a proyciendo, facta inter eos Coadu-
natione, et secta pro committendo infrascriptum homi-
cidium, et excessum, iverunt ad inveniendum q. Jacobu
Trivisanum suprascriptum, et alios de domo sua, qui seca-
bant in quibusdam eorum pratis, et ibi eos aggressi fuerut
maximo impetu, et furore, quos certe interfecissent
si cito non auffugissent in Castrum madrisij varmi et si
Matthiussius cum filijs suis, et Dominicus del bo offi-
cialis non se interposuissent, sed volentes in Totum
adimplere eorum pessimum Animum, et Tractatum die se-
quenti 13. Augusti predicti non habentes deum
pre occulis, sed potius inimicum humani Generis, dia-
bolico spiritu instigati perseverando in dicta eorum unione
et secta eadem die renovata ac in eorum pravo

proposito, et Consilio animo deliberato, et pensato Committendi infra-
scriptum homicidium, et excessum, armati pluribus, et diversi
generis armis, ut predictum est, in mane sentiendo q. quon
jacobus Iuvisanus predictus erat ipse solus cum una
sua nuru ad arandum, in quadam possessione non longe à
Curtino ipsius q. jacobi, et Castro vermi inferioris, divisi inter
eos in tres partes, quarum una stetit ad stratam Curtini
dicti q. jacobi, ut facerent resistentiam illis de domo sua
casu quo vellent succurrere, et auxiliari dicto q. jacobo
dato ordine, q. alia pars deberet eos aggredi, et alia pars
posita fuit ad custodiam, et egressum unius strate, q. dictus
q. jacobus non posset aufugere e manibus eorum, et statim
facto aggressu contra dictum q. jacobum inter eos proposito
et tractatum, idem q. jacobus videns se solum et inermem fu-
giens per stratam pervenit in manibus omnium supra-
scriptorum, quem cum dicti querellati coegissent, et actasset
in quodam Campo maximo et ferali furore illatis eidem
quinque mortalibus vulneribus continenti Crudelissime
interfecerunt, adeo q. nullum unquam potuit verbum dicere,
et in dicta querella latius continetur etc., qui inde
querellati citati, et proclamati ad faciendum eorum
defensiones, eas minime facere curarunt, sed in eorum
Contumatia perseverarunt, que ultra probata in
processu illos de premissis culpabiles admonstrat, ideo ne
tam atrox delictum impunitum permaneat, ac ut eorum
pena ceteris transeat in exemplum bene vivendi, se-
quentes, et sequi volentes formam juris, et justitie dictis

omnes querellati quod perpetuo sint banniti de utino, et tota patria fori iulij pro homicidio pensato, et quod non possint affidari in aliqua jurisditione huius patrie, et siquo tempore pervenerint in fortias Regiminis, vel alicuius ipsorum, quod contra eos, et quemlibet ipsorum procedatur, et inquiratur, et culpabiles reperti puniantur ex arbitrio, in his scriptis sententialiter condemnamus.

Sententia M.^ci D. L. pro No. D. consortibus varmi sup remissione cuiusdam carcerati ad eosdem in causa criminali

27 In christi Nomine, Amen. Mag.^cus et Cl.^mus Dnus Andreas Lauredanus pro Illmo venet. Senatu patrie fori iulij Locumtenens generalis integerrimus, Audita sepe ac sepius instantia sue M. facta per Nob. Dnos Thomam ac Barnabam fratres, ac quondam Martinum et quondam Leonardum fratres ex consortibus varmi superioris, nec non Dnos Asquinum, federicum, ac quondam hieronymum et quondam Baptistam de varmo inferiori, exponentes superioribus diebus fuisse per Jacobum Comillitonem, et Caballarios sue Mag.^cie hic utini detentum et carceratum quendam Angelum filium mercurij minimi solitum habitare madrisij et hoc quia fuit bannitus de utino et tota patria per quondam Mag.^cum et Cl.^mum D. Dominicum Bollanum precessorem sue Mag.^cie pro morte tunc temporis secuta in personam quondam jacobi Trivisani in jurisditione ipsorum Nobilium de varmo in quadam possessione non procul a Castro varmi inferioris, ut de ipsa condemnatione apparet in libro

cancellarie sub die .19. Januarij .1500. Indict. 3.a super quo casu ipsi etiam Consortes formarunt processum, et promulgarunt sententiam contra ipsum Angelum, et socios propter delictum commissum in eorum iurisditione, cuius cognitio re vera spectabat, et pertinebat, ac spectat et pertinet ad ipsos Consortes, et non ad alios, propter iurisditionem, quam habent et possident in ipso loco de Vammo ex benignitate et Clementia Ser.mi Dnij, ac privilegiorum sibi ab eo indultorum, et propterea petentes pro Conservatione dicte eorum iurisditionis, eundem Angelum Carceratum ad ipsos Consortes remitti debere, ut de eo justitiam ministrare possint pro dicto excessu non obstante dicta sententia, et banno eidem dato per prefatum .q. M.cu D. Dnicum Bollanu tunc locumt. patrie, offerentes se paratos debitam justitiam contra ipsum Angelum pro tali reatu administrare, producentesque dicte eorum petitionis, et instantie quamplures remissiones factas per Mag.cos D. precessores sue Mag.cie pluribus Nobilibus et jurisditionem habentibus in patria de pluribus, et diversis Casibus Criminalibus, et diversis Temporibus occursis, in quibus processum fuerat per eosdem Mag.cos D. locumt.es precessores suos, et visa inprimis quadam remissione alias facta per Mag.cu D. David Contarenum Tunc locumt. patrie sub die .7. januarij .1466. Indict. .14. de quodam Joanne filio Odorici de Varmo Capto in dicta villa Varmi pro banno sibi dato ad inquirendum per Mag.cu D. Nicolaum Marcellum locumt. precessorem suum pro homicidio commisso in personam .q. . . . scripte manu

petri Severij Justinopolitanj not. et Tunc Cancellarij p̃fati Mag.ci Dnj David Contarenj, visa quadam alia remissione facta ad spect. Comunitatem fagonee per Mag.cum D. hieronymum vendraminum de non nullis bannitis ad jnquirend. simul cum jacuzo Maiano, et alijs ad numerum .25. per Mag.cum D. hieronymum Contareno olim locumt. precessorem suum pro homicidijs commissis jn personam q. Gasparis biusinj de fagonea, vemutj de maiano, et magri Bartholamej maragni habitant. morietij; prout de jpsa remissione constat manu q. francischi de lugo notarij et Cancellarij prefatj Mag.ci Dnj hieronymi vendraminj sub .1493. jndict. xj. die .16. martij, visa quadam alia remissione facta per Mag.cu D. Nicolaum Contareno alias locumt. patrie sub .1455. die Jovis .6. m.s februarij, de quodam processu cum Condenatione lata contra petrum silvestrj q. Rizardj de Campa not. et Terre Sancti vitj Cancellarij bannitum de vtino et Tota patria ad jnquirend. per Mag.cu D. jacobum lauredanum olim locumt. patrie, visa etiam quadam alia remissione facta per Mag.cu D. lucam Navaierum ad R.mu Captum aquileien. sub .1488. die .24. maij de quodam Antonio lombardi de Tricesimo Capti et detentj jn villa palmate jurisditionis jpsius R.mi Captj, et jn Carceres vtinj conductj pro bomo sibj dato de Tota patria per q. Mag.cu D. ludovicum bembo Tunc locumt. patrie pretextu homicidij perpetratj jn personam paulj vendusij, et visis pluribus alijs remissionibus factis per M. D. L. precessores sue Mag.cie ultra superius nominatas, visisq. privilegijs jpsor. Nobilium, et q. pluribus sententijs per eos latis jn dicto loco, &c

quibus Constat ipsos Nobiles habuisse, et exercuisse ibidem
jurisditionem Ciuilem et Criminalem, Cupiensque unum-
quemque in suis antiquis juribus et jurisditionibus
Conseruare, et potissime ipsos Nobiles de Varmo ut
pote Carissimos et fidelissimos Ser.mi Dnij, qui in Cunctis
occurrentijs, et precipue in proxima Contra Germa-
nos expeditione non dubitarunt propriam persona
et vitam Cuicumque periculo contra hostes ponere pro
Comodo et honore Ser.mi Do. et Statu suo, prout de pre-
missis aperte Constitit sue Mag.cie habito prius maturo
Consilio et deliberatione super premissis, Christi
Nomine repetito a Cuius nutu Cuncta recte judicia
procedunt, pronuntiauit et declarauit, et declarando
Terminauit predictum Angelum Captum remittendum
esse, et sic remisit ad ipsos Dnos Consortes de Varmo
ut Cognoscant judicent, et expediant ipsum Casum
homicidij non obstante predicto banno, et sententia
banni lata per Mag.cum D. Dominicum Bollanu antedictu
attento quod Cognitio ipsius Casus in prima instantia
spectat, et pertinet ad ipsos Dnos Dnos Consortes propter
delictum Commissum in eorum jurisditione, reseruata
appellatione deuoluenda ad Tribunal sue Mag.cie
a sententia fienda per ipsos Dnos Consortes super
ipso Casu, si Contigerit appellarj. Acta vero in Castro
Residentie prefati Mag.ci Dnij locumt. in eius Camera
Cubiculi in presentia Sp.lis Dnij Camilli de Colloretto,
hieronymi Anzolelli can.ri q. pasutti ronoltej alias Can.ri
Belgradj, et q. vincentio a Scala de Sacillo Testib.
ro. Currente Anno Dnij M.o quinque nono, jndictione duo-
decima, Die Sabbati 3.a mensis Januarij. Ego Joannes

pacis Sergestinus q. Dnj Andree jmperialis notarius, et jn Can-
cellaria utinj ordinarius suprascriptum exemplum Con-
demnationis lat(e) per antedictum Mag.cu D. locumt(enentem) et
publicat(e) jn Contione de anno. 1500. jndict. 3.a die. 18. Ja-
marij, Et suprascriptam remissionem aliena manu
Exemplat(am) a suo originali Conculj cum suo originali,
et quia Eum eo rite concordatur, jdeo me subscripsi
et signo meo Consueto apposito muniuj sigillo S.ti Marci —

Q(uod) nullus sit judex jn p(at)ria forijulij D(omi)nis Castellanis p(re)ter q(uam) M.cus D. L.t —

28. Leonardus Lauredanus Dej Gratia Dux Venet(iarum) etc.
Nobilj et Sapientj viro Petro quirino de suo mandato pote-
stati Campi fidelj dilecto, et dilectionis affectum, Relatu(m)
est nobis che vuj non restate de molestar q piero de Spi-
limbergo jn bonis, et lo manazate jn la persona cosa
certamente, che ne ha dato, et da displicentia grande
si perche volemo, che j subditj nostri vivano jn pace, et
con quieto animo, si etiam perche per le Constitution
et privilegij dela patria j castellanj, che quelli sono
subiectj al foro et judicio del Logotenente, per Tanto
Con j capi del Conseglio nostro de diece efficacissima-
mente ve Comandemo, che voi, che non sete judese
Competente, non debbiate jmpazar dela persona
de q piero de Spilimbergo, et lassate el judicio de quello
al logotenente nostro dela patria, Come per altre
nostre ve habbiamo scripto, et comandato, et usate Tal
obedientia, et plena executione, che non resti causa
a j capi del predicto Conseglio de far provisione contra
de vuj, che ve sia dispiacevole, et damnosa, Has autem

nostras registrari presentomes restituatis. Dat. in nro Duc. palatio Die iij. Junij. Ind. vij. M°.D.v^to. foris Nobili et Sapienti viro petro quirino potestati Campi.

Q nullus sit judex in pria preterq. Dnus locumt^s Dnus Castellanis.

·29· Orator fidelissime Communitatis vinj et patrie Nobis et Capitibus Consilij nostri decem exposuit cum querella, quod vos causa certorum vulnerum illatorum in persona Theodorj Khalj proceditis contra petrum ex Consortibus Spilimbergij, et eius famulos, quod non spectat magistratuj vestro quoniam Tale judicium contra Nobiles Castellanos patrie spectat Tantum locumt. patrie Tam in Ciuilibus quam in Criminalibus. et petijt dictam causam remitti debere suprascripto locumt. nostro, ex quo jubemus vobis cum capitibus Consilij nostri decem, et causam ipsam remittere omnino ad prefatum locumt. nostrum Tanquam ordinarium judicem predictorum Nob. et Castellanorum patrie debeatis. et non date nobis causam ad nos rescribendi et prouidendi de urgenti remedio. sed Curate per obedientiam vestram vos merito laudare possimus. Capita decem q Joannes Bembo. q Stephanus Contarenus. q Aloisius de mulla. Die 18. julij. 1504.

Q Castellani oseruet^r jux. osuet^m.

·3°· Pro parte fideliu nror Nobilium Castellanorum patrie Forijulij porrecta fuerunt nostro Dnio nonulla

capitula, que vobis mittimus presentibus inclusa, et quia intentionis nostre est omnino eos juxta promissiones nostras conservare in consuetudinibus suis fidelitati vestre scribimus et mandamus, quatenus insimul cum illis personis, quas cognoveritis vos posse sufficienter informare dicta capitula diligenter videre, et examinare debeatis, volentes, et vobis mandantes, quatenus illa, per que videbitis ipsos petere secundum antiquas, et approbatas eorum consuetudines, et secundum patrie constitutiones observare, et adimplere debeatis. si vero per aliquod ipsorum videritis ipsos petere contra vel ultra predictas eorum antiquas et approbatas consuetudines, sive constitutiones, in hoc casu nihil super ipso innovare debeatis, sed nos de eo reddere debeatis certiores et valeamus, sicut nobis videbitur terminare. (Dat. die. 24. februarij. 1424.)

Privilegiu Ill.mi Duc. Do. venet. factu Nob. D. Consortibus de Spilg.o Tempore quo prestita fuit obedientia ~

31. Thomas mocenigo Dei Gratia Dux venetiarum etc. universis et singulis, ad quos presens privilegium advenerit salutem et omne bonum. hac serie declaramus, quod cum Spect. et Egregij viri Dnus Odoricus miles filius q. Dnj pregonee, et Nicolaus filius quondam Dnj Thome consortes de Spilimbergo habentes ad infrascripta plenariam libertatem per publicum

procurationis et Syndicatus instrumentum per nos visum ad presentiam nostram comparentes suo proprio et aliorum suorum consortum nomine in eosdem et suos consortes in dicto instrumento nominatos uti nostra benignitate ipsos ad nostram gratiam acceptauimus, et in nostrorum fidelium aggregauimus, volentes, et intendentes ipsos prosequi nostris fauoribus, et patrocinijs gratiosis eis condictis, atque modis, quibus sicut Mag.cus D.nus Gubernator nostri Exercitus eosdem ad nostram gratiam acceptauerat, sit sub obedientia et fidelitate nostri Dominij, remanentibus eisdem in possessione, et Dominio Spilimbergi predicti, et Solimbergi, sicut fuerunt temporibus retroactis, et habeant omnes suos subditos fructus, redditus, et prouentus, et eis gaudeant, et utantur pro sue libito voluntatis, facientibus ipsis erga nostrum Dominium circa recognitionem eiusdem loci, et alijs sicut facere tenebantur, et obseruare patrie, sine patriarcij aquilegiensis ecclesie in omnibus, et per omnia, et sic prelibati D.nj procuratores nomine suo, et aliorum suorum procuratorum, seu consortum predictorum vigore plibate libertatis eisdem tradite, pro se, et dictis eius consortibus promiserunt se facere, et inuiolabiliter obseruare prestantes in nostris manibus nominibus antedictis obseruan. fidelitatis, et obedientie debitum juramentum. Egregijs autem viris Henrico, et phebo fratribus filijs q. D.nj Thome de Spilimbergo, et Retholdo filio q. D.nj Venceslaj militis, et Joanni filio q. D.nj Porthadj similiter consortibus de Spilimbergo, qui sunt absentes,

damus Terminum veniendi, vel mittendi ad presentiam nostrã
ad faciendum debitam obedientiam et juramentum fideli- 1420
tatis ut supra usque sex menses prox. In quorum fidem
et evidentiam presens privilegium fieri fecimus, et pen-
dentis nostre Bulle plumbee Roboratione muniri.
Dat. in nostro Ducali palatio Die 5. Junij, Indictione xiij. M°. ma
quadringentesimo vigesimo.

Q. Castellani patrie forijulij no possit ad aliqđ
judiciũ trahi quam ad jud.m corã D. Locumt. patrie
forijulij et Successoribus suis

32. Pro parte Nobilium Castellanorum patrie forijulij nobis 1468 27 Augusti
expositum est per Nobilem ser Lusium de attimis, qui licet
ex privilegijs et Consuetudinibus suis non possint, nec
debeant trahi ad aliquod judicium quam ad Tribunal vestrũ,
et ita hactenus observatum sit, et sic mentis est
nostre, sicut etiam apparere debet in Commissione vestra
Attamen nonnulli diversis exquisitis coloribus, et per di-
versas vias indirectas conantur ipsos Castellanos
ad aliena judicia trahere, ideo mandamus vobis
expresse, ut penitus provideatis, quod cum effectu omni
exceptione amota plenissime serventur privilegia, vel
Consuetudines dictorum Castellanorum, et illis nullatenus
nullo exquisito Colore directo vel indirecto Contraveniatur
et pro bona executione huius nostre Constantissime
intentionis et mentis servate illos modos, qui
convenientes prudentie vestre videantur, ne supra-
scriptis Contrafiat ullo modo. Dat. Die 27 Augusti
1468. Consiliarij ser Hieronymus Baduario, ser Dominic.
Contareno, ser Dominicus Trizo, ser Petrus memo: ser

petrus falerio, et Stephanus Malipetro. Ego Bernardinus de bontadis notarius Curie maioris exauthentico filcia extraxi.

Quod se defendere uolentibus clare declaretur factum, super quo se tueantur, et quod illi, qui pacifice possederunt per annos 30.ta amplius non molestentur

·33· Franciscus foscari, Dei Gratia Dux Venetiarum etc. Nob. et Sapientibus viris Nicolao Contareno de suo Mandato locumtenenti patrie forijulij, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum, Grauatum est apud nos illa fidelissima nostra Communitas, etiam per ipsius oratorem, quod vir Nobilis Andreas fasolo prouisor super cameris volebat vigore certorum processuum formatorum per Circum spectum Antonium Graffo notarium suum astringere quosdam ad soluendum pro rebus, pro quibus non est hominum memoria eos unquam soluisse, et in spetie quandam decimam pro quadam sylua, et propterea citari fecerat quosdam, qui volebant, quod darent defensiones suas de aliquibus eis appositis, et non ostendebat eis accusationes, siue denuntias, nec reddebant eos tam claros, quod responderent possent, quare vobis denotamus nos scripsisse dicto quod Andree, et sic est nostre dispositionis, intentionis, et mentis, quod nollebamus, et mandamus, ne astringeret, neque grauaret aliquem ad soluendum pro re aliqua, pro qua non fuerit solutum ab annis trigenta citra, quia ab annis trigenta vltra non intendebamus, nec volebamus perquiri, nec aliquam fieri nouitatem, et propterea volumus, quod illis qui deffensiones dare volebant, ostenderet super qua re, et

qua de causa, et in summa diceret denumtiam, quam habet contra eos, et dare eis talem notitiam, quod possint intelligere, et dare defensiones suas debite cum modo et ordine; Datum in nostro Ducali palatio; Die 25. octobris indictione Tertia. 1454.

Quod Compatriote patrie foriiulii non intelligantur in illa parte bannitorum per 15. milliaria pro puro homicidio, extracte ex actis Cancellarie Ciuitatis utini

34. Franciscus foscari Dei Gratia Dux venetiarum etc. Nob. et Sapientibus viris Nicolao Contareno de suo mandato locumtenenti patrie foriiulii, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum, legimus his superioribus diebus binas litteras vestras, per quas nobis significatis ea, que secuta sunt pro illis malefactoribus bannitis ex illa patria nostra, qui se reducunt ad Ciuitatem austrie, et ibi acceptati fuerunt, securique steterunt contra formam deliberationis nostre, et nostri Consilii decem per quindecim milliaria ultra confinia illius loci etc. Audiuimus quoque, et intelleximus ea, que super ac magis exposuerunt prudentes viri Nicolaus quondam Simonis, et franciscus de minttinis [?] sponsi Communitatis Ciuitatis austrie, vidimusque nonnullas litteras nostras 10.mo Nouembris. 1454. indictione 7.ma directas locumtenenti nostro, qui tunc preerat Regimini illius patrie, que fecerunt expressam mentionem de-

omnibus Casibus, et per eas jubemus servari Consuetudines elapsas Tam pro Casu, qui occurrebat tunc, quam pro alijs, qui Tunc jn futuris occurrerent, Considerauimus etiam Conditionem, et situm loci jllius patrie, jn qua sunt multa loca, que habent jurisditiones ex per se, quorum juribus expresse derogatur, si lex nostra predicta 15. mill. jn jlla patria servari debet, sed cedet jn Totalem desolationem jllius patrie nostre jn spatio Temporis, omnino omnibus Consyderatis bene deliberauimus, et si pro jnformatione vestra vobis significamus, quod lex, et deliberatio nostra predicta, et Consilij nostri Rogatorum de dictis 15. milliaribus non se extendat, nec jntelligatur jn jlla patria nostra quantum est pro homicidijs tamen puris, sed jubemus Consuetudines, que ante dictam legem et deliberationem observantur jn jlla patria jn puris homicidijs deberi jnuiolabiliter observari, faciatis quoque has nostras jn Actis vestri Regiminis ad futuram memoriam registrari,

Dat. jn nostro Duc. pall. die 5.ma mensis July, jndict. 2. 1454.

Sup. puris homicidijs

·35· Expostulauerunt nostro Dnio fidelissimi nostri Nobiles Cives de Sauorgnano nonnullos homicidij, assassinamentique suspectos jussu nostro jn sua jurisditione preter formam jurium suorum Captos jnque Carceratos per vos Conjectos Teneri, de quibus supplicatum summere velle videmini secundum quantitatem delictorum eorum, qua jn re visis litteris vestris, jntellectisque

juribus ipsorum Nobilium nostrorum de Cavorgnano vobis declaramus cum nostro Collegio deliberasse, statuisseque quod qui pro puro homicidio retenti sunt, et capitis pena aut membri alicuius mutilatione vobis digni viderentur ut pote in eorum jurisditione contra forma jurium eorum indebite captos de carceribus liberos dimitti faciatis, in assassinos vero ipsos animaduertatis sicut eorum culpam, et delicta pro satisfactione et justitia vobis expedire videbitur, volumus ideo, vobisque cum supra scripto Collegio mandamus ut huiusmodi deliberationem nostram exequi et servare omnino debeatis, Die 7.mo Septembris 1480. iij.
Ego Bernardinus de Contadis Duc. not. fidelr. exp.

In causa homicidij purj

36. Expositum est nobis pro parte fidelis Comunitatis nostre Civitatis austrie quod per Marescalcum nunc patrie pridem captus fuit apud Civitatem austrie Juda de Trivignano, contra quem alias Tempore Nobilis viri Francisci Barbadico precessoris vestri occasione cuiusdam purj homicidij lata fuit sententia, quod si quo Tempore veniret in forciam suam vel successorum suorum, contra ipsum deberet inquiri, qui Marescalcus vigore cuiusdam diffinitionis alias facte in Consilio parlamenti, que continet quod quando capitur aliquis malefactor per Marescalcum, duci debeat ad propinquorum locum, ubi malefactor captus fuit, et ubi sit Copia bonorum suorum, et duxit ipsum malefactorem ad Civitatem austrie. Ibique

detentus est, et proinde ipsa Communitas petit, ut mittat
Marescalcus ad Civitatem austrie. ut fiat justitia debita
secundum mores et consuetudines ipsius Civitatis
austrie, sicut alias in similibus casibus contra aliquos
malefactores superioribus diebus factum, et obser-
vatum est, habita etiam consideratione ad Concessio-
nem, et confirmationem per nos et consilia nostra
factam dicte Communitati, hac itaque expositione in-
tellecta vobis scribimus, et mandamus, quod sumpta
opportuna informatione, si reperietis servatum
esse in aliis similibus casibus, sicut predictum est,
per constitutiones, aut consuetudines suas, eo
casu ipsas consuetudines observetis, et observari
ad unguem faciatis, et si consuetum est mitti ma-
rescalcum, ut fieri possit justitia debita, ipsum
mittatis, ac ordines, ac consuetudines dicte Com-
munitatis, sicut predicitur, observetis tam in
casu predicto, quam aliis, qui in futurum evenient.
Die x.mo novembris. 1444.) Ego Bernardinus de Con-
tadis Duc. not. ex autentico fideliter copiavi.

Quod compatriote non possint astringi per Patrie
Forijulij, neque molestari vel astringi aliquis
ad soluendum super possessionibus nisi id, quod sol-
uerit tempore patrie Antonij de Portugrario

.37. Franciscus Foscari Dei Gratia Dux Venetiarum etc.
Nobili et sapienti viro Leonardo Venerio de suo man-
dato locumtenenti patrie Forijulij dilecto salutem, etc.

dilectionis affectum. Scripsimus alias cum nostris Con-
silijs rogatorum et additionis viro Nobili francisco
foscarj precessorj vestro litteras vestras infrascripti
Tenoris, Datas 21. decembris. 1421. et quoniam sicut
nobis relatum est, ibi non reperiuntur ne in forma
nec in registro, eas fecimus repplicarj, sicut in-
ferius Continetur, Volentesque eas, et earum affectum
(quantum ad vos, et regimen vestrum attinet observare)
et exequi debeatis, Tenor infrascriptus ipsarum est iste.)

Recepimus litteras vestras datas Die. 6. mensis
instantis, per quas nostro Dominio scripsistis nostrum
recepisse mandatum super facto decime ville Temau
spectantis Gastaldie Carnee, et nobis expositum
fuerat, et dubitabatis utrum etc. de villis autem
et Territorijs, que per nonnullos Tenentur, et non
solvunt id quod solvere Consueverant, volumus
et ita vobis mandamus, quatenus astringere
debeatis omnes illos, qui astricti fuerunt ad solvendum
per precessores vestros, et qui solvissent Tempore patris
Antonij de portugrario, et ab inde citra: ~~tantum~~ videlicet
quantum astricti fuerunt ad solvendum per predecessores
vestros, et solverunt a Tempore citra, sed illos
qui non solvissent a Tempore citra nullo modo
debeatis molestare, seu hijs aliquid innovare
etc. De Mansis autem, et alijs Territorijs etc.
Data in nostro Ducalj palatio, Die. xiiij. Mensis
februarij. indictione quarta. 1425.)

~ Sup Comissione causar' ọsilio Sapietis ~

·38· Franciscus foscarj Dei Gratia Dux venet(iarum) etc.
Nobilibus et Sapientibus viris vitali Miano de suo
Mandato locumt(enen)te patrie forisiulij et succ(essoribus) suis
fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum, fidelis
Communitas vestra vtini porrexit nostro Dominio ca-
pitulum infrascripti tenoris etc. Supplicatur vestre cel-
situdini humillime, que dignetur de speciali Gratia Conce-
dere, et ordinare quod Mag(nifi)cus D(omi)nus locumt(enen)s et Auditores
noui sententiar(um) lites, et Causas, et questiones Cora
ipsis vertentes, et pendentes etiam futuras tam
causas principales, quam appellationes Committere Con-
silio sapientis non suspecti ad conseruationem liti-
gantium, si ambo consenserint, vel si ambo noluerint
consentire, ad petitionem Cuiuslibet ipsor(um) expensis
requirentis resficiendis tamen per succumbentem
in Causa, nominatis primo eis confidentibus, et suspectis
per partes, vt lites et Cause, que dictim cumulantur,
celerius producantur ad finem, et vt parcatur laboribus
et expensis, ad quod respondetur, quod sumus contenti
Concedere dicte Communitati, prout in suprascripto
Capitulo Continetur, et propterea fidelitati vestre scri-
bimus, et mandamus cum nostro Consilio centum
quattenus contenta in dicto Capitulo, et responsione
nostra obseruare, et obseruari inuiolabiliter
debeatis. Dat(um) in nostro Ducali palatio Die 26.
Martij. Indictione 5.ta 1427.

~ Q(uod) Actor sequat(ur) foru(m) rej ~

·39· Franciscus foscarj Dei Gratia Dux venet(iarum) etc.
Nobilibus, et Sapientibus viris Delphino venerio de

suo Mandato locumtenens patrie foriiulij, et Successoribus suis
fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum, jn litteris
vestris datis .13. presentis Mensis, quas vobis scripsimus super
quadam lite, et differentia, que esse videtur jnter aliquos
fideles nostros occasione cuiusdam decime jn villa Sancti
odorici jurisditionis Capituli Utinensis jn Ciuilibus jn Con-
clusione diximus, quod adherentes opinioni vestre delibera-
uimus, quod Tamen jn jllo Casu, quod jn quibuscumque alijs Casibus
et Causis, jn quibus aliqui Tamen Clerici quam Layci petere, aut
agere vellent, aut peterent jre ad superiores, Nunc
vero auditis his, que pro parte Capituli Utinensis
nobis exposita sunt de jurisditione, et superioritate
quam dictum habuit, et habet jn jpsa villa jn Ciuilibus
per priuilegia, Constitutiones, et antiquas consuetudi-
nes jllius patrie, sicut habent plurimi alij prelati,
Nobiles, et Communitates patrie jn varijs locis, et
villis, vobis jterum scribimus et declaramus, quod
jntentio nostra est, sicut predicitur, quod si Clerici,
vel Layci agere, vel petere volunt contra aliquem
Laycum, vos sitis judex, et econverso si aliqui petere,
vel agere volunt contra Clericos, vadant ad su-
periores suos, jta quod actor sequatur forum rei jntelli-
gendo Tamen, quod propter hoc non contrafiat, neque
derogare juribus, priuilegijs, et jurisditionibus dicti
Capituli, aut aliorum Capitulorum prelatorum, Nobilium, vel
Communitatum jllius patrie, sed volumus, quod omnes jpsi
jn eorum juribus, priuilegijs, jurisditionibus, et antiquis
Consuetudinibus conseruentur, quibus vigore
jllarum litterarum nostrarum nolumus aliquod

preiudicium Generalj. Datum Vtinj in nostro Ducalj palatio Die xxviiij. Mensis aprilis. Inditione. 8. 1445.)

Sntia mag.ci D. Locumt.s q massarij Teneant conducer ad domum patronor affictus

Item fit et fides per litteras M. D. L. potati mons falconj Nota quatr die. 16 oct.s Dnus Bernardinus habuit Consilium Dnj fris joannis ordinis pdicatoz, per quod declaratur, q massarij Tenentur conducere affictus ad domu Dnoz, et fuit factum p Dnum Nicolaum Gulielma U. Doc. Copiam antedicti Consilij Ego Marcus Antonius vidi penes Sp. D. Belfortem de mintinis de Ciuitate austrie.

.40. Die martis quintadecima Mensis Nobris, Actum Vtinj in logia palatij Communis presentibus R.do Dno Dojmo de valuasono Decano Aquileien, Mag.cis Dnis Marescalco et fantino Raymundo patritijs venetis, ac Spect. Doctore Dno Jacobo de Castello Testibus et alijs pluribus, Mag.cus et Cl.mus Dnus Prianus Tronus pro Ill.mo Duc. Do. nro venet. prie forijulij Locumt.s gnalis Auditis jn Contradictorio Judicio Nob. viris q Sebastiano et q Guielmo fratribus de monte falcono Ciuibus et habitatoribus Terre Vtinj Cum Sp.li Doc. D. Nicolao Joanne de de Castilibus de Cortona eorum Aduocato petentibus et jnstantibus q laurentius de Sancto paulo vltra Jsontium eorum massarius loco, et foco jbidem presens conducere Teneretur, et

deberet ipsis fratribus huc Utinum ad domum eorum habitationis affictus suos eis debitos ex una, et dicto Laurentio cum spectabili doctore dno Bernardino Berthulla suo advocato ex alia se defendente, et recusante velle eos conducere huc, dicente non teneri, neque debere eos huc conducere tum quia eos numquam huc conduxit, tum etiam quia solvit livellum ipsis fratribus, et non affictum aliquem, et dato, quod teneretur conducere affictus, sed non concesso, secus est in livellis, quia non tenetur huc conducere livella, et dictis quondam Guielmo, et quondam Sebastiano cum eorum advocato respplicantibus colonos ex consuetudine istius patriae diutissima observata, sive solvant livella, sive affictus simplices teneri, et obligatos esse eosque eas conducere ad illum locum ubi habitant, et voluerint patroni eorum in Utino, et alibi in patria ubi habitant, et habita fide de huiusmodi consuetudine in hac patria diutius observata a pluribus ibi circumstantibus, et precipue a suprascriptis Rev.do dno Decano Aquileien, et dno Jacobo de Castello, et aliis quod coloni, et emphitheotae tenentur huc conducere suos affictus, et livella, et eo quo voluerint dicti patroni, et attento quod dictus Dnus Leonardinus illico confessus est, quod alias in similibus fuit sententiatus in favorem quondam Philippi Mossi de Utino contra certos de Tarcento suos affictuales, et emphitheotas sibi solitos solvere in Tarcento suos affictus et livella, recusantes illos, et illa huc conducere, et sibi satisfacere; Declaravit, et sententiavit supradictum

Laurentium Tenerij et debere hunc conducere affictus, et livellu per ipsum debitum prefatis q Sebastiano, et q Guielmo fratribus ita volentibus, petentibus, ac requirentibus etc. I. Varius nots rogatus scripsit.

Mag.ci et ecc. Son sta rechiesto voglia certificar la Mag.cia vra che ordine, et che modo tien li affictuali de questa patria si dela dal Taiamento. Come de qua in condur li lor affictj ai patronj, et Zentilhomenj compatrioti, et per tanto siamo certificati, che tutti li affictuali condusseno li loro affictj ali patroni dove stantiano in tutta la patria etiam se per li instrumenti non, e specificato, valete ex vrmo Die. 5. septembris. 1496.

Declaratio M.cor D. locumt.m sup exceptioe illor, q tenet ad medietate possessiones, et ad tertiu, q no teneatur ad onera

41. Millesimo quadrigentesimo nonagesimo tertio, Die vero decimonono Januarij, Utinj in Domo habitationis mej Antonij Camellarij constitutus Dnus leonardus de Cassinis deputatus patrie Rettulit, q Clarissimus Dnus locumt. erat in castello in eius camera pntibus q Nicolao de valuasono, et q Ieronimo Sbrojauaccha Collegis suis, et q Thoma q freschj, q Ioanne benedicto et q Antonio de perso Testibus, audito Dno petro Zolutio dicente, q foci eius de villa mesarolli positi in descriptione focor patrie non debent concurrere ad angarias, et

non debuerint describi, et eo quia foci laborant ad Tertium, et ad medietatem, et jn hac patria similes laborantes non Tenentur ad Angarias, et factiones cum alijs, jdeo Ergo Cl.mus Dnus Locumt.s declarauit, quod si sic est, quod ipsi laborent ad partem ut supra, quod non debeant poni ad ongarias rurales, et quod debeant deleri ex descriptione focorum, et hoc habita fide a predictis de huiusmodi observatione, qua relatione sic facta jbidem Constitutus dictus Dnus petrus Tollutius ad delatione juramenti eidem prestiti per dictum Dnum leonardum deputatum manu Tactis scripturis Dixit, quod omnes foci sui dicte ville laborant ad medietatem, et ad Tertiu, et sic jn exequutione dicte declarationis cassati fuerunt foci dicte ville. 1493 Villa Mellaroli non comunicat ad angarias et descriptione focorum quia foci laborant ad medietatem et ad tertium

4. Eodem anno, Die vero Septodecimo mensis julij jn Castello Vtinj ante Cancellaria nouam, presentibus Mag.co D. hiero.mo Savorgnano Marescalco patrie, Spectabili et ex.te Doc. D. Bonifacio Bonfilio vic.o Mag.ci D. locumt., Spect. Doc. D. Citadino dela fratina, et Nobili ser Thoma de frescbij Testibus ad hec vocatis, et habitis, et rogatis, Coram Cl.mo Dno Hieronymo vendramino pro jll.mo Duc. Do. venet. prie forijulij locumt. dig.mo Comparet Dnus petrus Tollutius et dixit, quod alias ipse cum deputatis patrie comparuit Coram eius Mag.cia supplicando, quod homines de villa mellarolli, qui Tenent Terrena ad partem, deberent deleri ex libro descriptionis patrie, quia male descripti fuerunt, et male positi fuerunt ad Angarias, et eius Mag.cia declarauit, et Mandauit deputatis jbidem presentibus, quatenus habita jnno

informatione superius deberent ipsos focos delere, et aboler
et sic per deputatos ipsos facta fuit relatio de huius-
modi mandato, et declaratione Cancellario patrie, qui
ex predicta relatione notavit, sed quoniam vellet
ipsum Cancellarium presentem cum Testibus hec
notare, instetit quod eius Mag.cia dignaretur eandem
declarationem alias super hoc factam confirmare,
qui quidem Cl.mus Dnus Locumtenens ex relatione ut
supra notata et audito ibidem [illegible] Thoma [illegible] freschi
affirmante se recordari de eadem declaratione sic
ut supra per eundem Mag.cum Dnum Locumtenentem facta
ad instantiam dicti Dni Petri, eandem declarationem
sic ut supra sub die decimonono Januarij pro-
xime decursi notatam confirmavit, et approbavit
Mandando mihi notario de Clemona Cancellario patrie
ut hanc confirmationem et approbationem notare
debeam.

Et Ego Antonius q. [illegible] Nicolai de Francischinis de Clemona
publicus imperiali auctoritate notarius predictam
declarationem et confirmationem ex libro onerum
patrie sub prefato Cl.mo Dno locumtenente Lando Cancell.o
patrie scripsi et publicavi, et sigilli Sancti Marci
impressione munivi, et in fidem et Testimonium pre-
missorum etc.

Copia 3.i Capituli regij in commissione Dnorum
Locumtenentium tenoris infrascripti

42. Debeas insuper audire omnes differentias existentes

jnter Castellanos, et Castellanos, et jnter Communitates et Communitates, et jnter Communitates et Castellanos, ac omnes differentias, ac res, que pertinebunt ad patriam, ac jllas Terminare, ac diffinire prout Tibi secundum Deum et justitiam videbitur servatis ordinibus, et Consuetudinibus patrie predicte etc.

In comissione M.ci D. L.tis prie continet capitulum Tenoris jnfrascripti

43 Item observabis jnfrascriptam partem captam jn nostris Consilijs rogatorum et additionis, quia Communitatibus, et hominibus Terrarum et locorum acquisitorum de novo sunt facte promissiones, Concessiones, et pacta, et alia similia, et omni die comparent nostro Dominio Cum petitionibus, vel alie jnformationes dantur, aut promissiones fiunt, per quas jnterdum pro non habendo menti ea, que promissa vel concessa sunt, scribuntur littere, et fiunt precepta Rectoribus jn forma, que sunt facta Contra dictas promissiones, pacta, et Consuetudines vel concessiones, et hoc modo multa jnconvenientia secuta sunt, et sequi possunt jn diminutione fidelitatis dictorum nostrorum subditorum et bonum sit providere.

Vadit pars, quod scribatur, et Mandetur omnibus nostris Rectoribus dictorum locorum, et Terrarum acquisitarum de novo, et addatur jn Commissionibus earum, quod

debeant dictas promissiones, vel concessiones nostras, et pacta observare ad litteram, prout jacent, et in ea que sibi scribitur, vel mandatur aliquid per nostrum Dominium, quod sit contra pacta, promissiones, concessiones nostras, vel consuetudines ear., debeat ipsi Rectores rescribere, et informare nos in quo, et qualiter illud tale mandatum sit contra pacta, concessiones, et promissiones per nos factas, et nostrum Dominium possit providere aut per Dominium, aut per Collegium, aut cum consilio rogator. prout melius videbitur.

~ Copia litter. Ducalium ad Dnum Locumt. ~

·44· Venerunt, ut scitis, ad nostra presentiam Oratores pro parte fidelis nostre communitatis vestre, et compatriotar. ipsius patrie, porrexeruntque nostro Dominio aliqua capitula, que examinavimus, et super illis voluimus habere optimam considerationem, ad ipsa vero capitula fecimus nostram Responsionem, sicut inferius de verbo ad verbum videbitis; quapropter cum nostro Collegio Mandamus vobis, quattenus capitula et responsiones facta, uti jacent, debeatis observare, et facere inviolabiliter observari, facientes hac in actis Curie ad futur. memoriam registrari, Tenor aut. Capitulor. est Talis.

Copia Capitulorum productorum per Comprovinciales patrie Foriiulii nostro Ser.mo Du. Do. venetiarum pro bono Totius patrie Foriiulii. 1436.

A Et primo Quoniam plerumque Solent Mag.ci D. Locumtenentes patrie Foriiulii velle Cognoscere Causas alicuius delicti, quorum punitio contra delinquentes spectat Dnis prelatis Nobilibus, et Communitatibus patrie, sub quorum, et quarum jurisditione Commissum est, Solentque sepius Dnj prelati, Nobiles, et Communitates patrie aggrauarj ad faciendum sumptus, et expensas mittendo nuntium ad Dnos Locumtenentes, vel etiam venetias pro defensione suarum jurisditionum, ideo Supplicatur Ser.mo Ducalj Dominio nostro venetiarum, quatenus dignetur specialem Commissionem, et mandatum facere Mag.cis Locumtenentibus futuris, et presentj, quod non derogent in aliquo jurisditionibus, et approbatis Consuetudinibus ipsorum Dnorum prelatorum, Nobilium, et Communitatum patrie, et quod quando alique querimonie deuenient, seu denuntiabuntur ipsis Mag.cis Dnis locumtenentibus de aliquo delicto per aliquem commisso, quod huiusmodi querellantes remittantur ad Dnos prelatos, Dnos, et Communitates patrie, sub quorum, et quarum jurisditione factum et perpetratum est, et ad quos punitio huiusmodi delicti spectat, et pertinet, et hoc petatur de Gratia speciali cum supplicatione.

B. 2.° Supplicetur eidem Ser.mo Duc. Dno nostro venetiarum quod provideat, quod jurisditio merj et mixti jmperij quam habet nostra Communitas Ciuitatis Austrie

In omnibus et per omnia observetur ei, et quod exponatur de eo, quod iste Dnus Mag.cus Locumtenens formavit novum processum contra Nicolaum Alberti de Budrio alias per sententiam absolutum et liberatum a culpa, et ratione homicidii cuiusdam Jacobi de Gagliano etc.

Quoniam et semper fuit moris quando aliquis absolute sive absolutus fuit coram Gastaldione Civitatis austrie de aliquo delicto, debet esse absolutus, et liberatus coram omni alio Dno, et judicio de homicidio, seu alio delicto, de quo ratatus fuisset, et culpatus est fecisse sub eodem Dno, ubi absolvitur, ideo supplicetur etiam, quod hec jurisditio et consuetudo observetur, et firmetur, valeatque, et teneat.

.c. Tertio, quod Marescalcus, et Caballarii quomodocumque sint exercendo officium, videlicet vel querendo, vel capiendo vel prosequendo aliquem malefactorem, aut aliquem ratatum, et culpatum, seu condemnatum de aliquo crimine, aut delicto, aut requisiti, vel requisitus de aliquo ad faciendum Treguas Nobilibus et ceteris compatriotis, vel de mandato Mag.ci Domini Locumtenentis nullum sallarium neque premium, neque ullam mercedem possit, aut debeant habere, vel petere pro huiusmodi captura, inquisitione, persecutione, aut alio actu spectantibus ad officium suum, ut supradictum est. Ideo supplicetur Ser.mo Duc. Do. nostro quod provideat, quod non habeant etc. Quoniam numquam fuerit consuetum, et qui habent sallarium ab eode

Dominio, et ad hoc faciendum sunt deputati, etiam quia possent multoties ire, vel fingere se ire ad inquirendum vel capiendum aliquem causa faciendi sibi satisfieri, et per consequens quandocumque vellent, facerent sibi pro sua mercede solui, que res verteretur in maximum detrimentum et preiudicium illorum, qui sunt reputati pro malefactoribus, et per consequens perderent bona et personam et patriam.

D. Quarto supplicetur, quod Cancellarij Dominorum locumtenentis quando formant, et scribunt aliquem processum, sive sententiam aliquam contra aliquem condemnatum aliquo crimine, vel delicto criminali, nihil debeat accipere pro huiusmodi scriptura et processu, et pro mercede autem literarum, aut alterius scripture, et processus sive sententie, quam scribunt in fauorem alicuius, quod taxetur eorum merces, et ponatur eis meta, quoniam minimum sallarium exigunt.

fiat

E. Quinto exponatur, quod quando aliquis mittit in aliquam possessionem plures personas ad laborandum, omnes, qui intrauerint de mandato mittentis in ipsam possessionem, solent conueniri de exfortio, ideo prouideatur, quod solum principalis committens exfortium, sen existens causa exfortij commissi in mittendo eos in possessionem condemnetur, et non omnes, et in libris quinquaginta pro vno tanto exfortio.

fiat

F. Sexto supplicetur eidem Serenissimo Domino Domino nostro, quod prouideatur, quod aliquae constitutiones, que non sunt approbate in consilio parlamenti, reuideantur, et corrigantur, prout in alias facta est instantia.

Supersedeatur

.G. Septimo, item quod si quis condemnatus fuerit pena pecuniaria, aut aliter quod sit, et appareat juste et legittime debitor unius, vel plurium creditorum, quod talis condemnatio facta
fiat) per Mag(cu)m Dnum locumtenentem non sit, neque vertatur in preiudicium creditorum, qui sunt, aut esse apparet priores tempore, et per consequens priores creditores habeant potius jus in bonis huiusmodi condemnati, neque pro scripturis, sive sententijs in preiudicium creditorum sufficit enim eos pro penis posse dettineri, ita tamen non intelligatur derogatum, neque derogetur statutis particularibus alicuius loci patrie.)

.H. Octavo, quod caballarij non concedantur nisi contra convictos,
fiat) et facta fide convictionis, excepto quod pro affictibus et livellis, et si non aliquis contrafecit faciendo pignorarj non convictum, dicte expense sint in eius preiudicium, et quia caballarij portantes cedulas, seu eqvitantes causa pignorandj, etiam portantes plures citationes, vel pignorantes plures personas integrum petunt sallarium taxatum per constitutionem per quemlibet predictorum, provideatur igitur, quod solvatur eis pro rata juxta formam constitutionis sub R(ubri)ca. Et non possint jre caballarij plures uno ad pignorandum aliquem excepto quod contra facientes revellum, et data familia crediti, et dicti caballarij unus, vel plures, qui ibunt, non possint, neque debeant facere sibi solvere, nisi ab eo, qui eos miserit.)

.J. Nono, quod marescalcus, vel sui familiares, vel caballa-
fiat) rij, si requisiti fuerint aut ad jnstantiam alicuius persone scilicet pro capiendo aliquem pro delicto, vel

dando familiari contrafacientis revellum, vel ponendo aliquem in possessionem, seu tenutam, vel pignorando vel huiusmodi faciendo, Tunc et eo casu debeant habere pro singulo equo, et singulo miliari iuxta formam Constitutionis sub Rubrica de sallario caballarior. et preconum, intelligentes tamen pro tali numero equor. qui sufficiant pro expeditione negocii requirentis, et si plures fuerint, non solvatur eis, et q. debeant vivere per villas et loca ad que ibunt, et mittuntur suis sumptibus.)

.k. Decimo, q. Advocati ordinarii iudicii Dni locumtenetis habentes causas nullo modo possint ire Venetias, vel extra patriam pro advocando, neq. pro aliis peragendis, nisi tempore feriar., excepto q. pro eor. propriis negociis, Contrafacientes autem cadant in penam quinquaginta ducator. Dnio applicandor.

fiat)

Undecimo, q. Domini vicarii non valeant aliquas penas exigere, nisi in iudicio per Dnum locumten. fuerit sententiatum, et q. non debeant fieri relationes contra non producentes pignora, nisi ad requisitionem principalis, vel sui procuratoris, qui comisserit ad pignorandum, q. si talis Relatio sine requisitione talis persone fuerit facta, sit nullius valoris, ac si facta non esset, et aliquid acceperint ipsi Domini vicarii contra formam supradictam, q. teneantur ad restitutionem: etc.)

Duodecimo, q. quando orietur, sive verteretur aliqua differentia, et controversia quovismodo, et causa inter Nobiles, et ceteros compatriotas existentes in affini-

no fiat)

tate, seu consanguinitate intra quartum Gradum, quod Tales Nobiles, et Compatriote Cogantur accipere Amicos super differentijs vertentibus inter eos, et habeat locum futuris.)

No fiat concessum.) Tertiodecimo, quod Domini Locumtenentes non possint Arbitrare condemnare aliquos Nobiles, et Compatriotas pena pecuniaria nisi secundum declarationem faciendam per Ser.mum Duc. Do. nostrum, et secundum differentias delictorum.)

fiat) Quartodecimo, quod Domini Locumtenentes de cetero non pronuntient eorum Condemnationes contra aliquos quando fit punitio Corporalis contra aliquem, sed eas pronuntiare ad Bancum sui soliti judicij.)

Responsiones facte per Ser.mum Duc. Do. nostrum Venet. Capitis suprascriptis In. 1436. Die nono Mensis Maij, etc.)

Ad primum Capitulum super facto Condemnationum pecunialium, que fiunt per nostros locumtenentes contra facientes rumores sub jurisditione aliorum de patria. Respondemus, et volumus, quod Denuntias factas nostro locumtenenti de malis commissis In jurisditione aliorum patrie, si ipse locumtenens requiretur, ipse remittat illum ad jurisditionem, Cuius spectabit, salvo jure appellationis ad Ipsum Dominum locumtenentem inappellabiliter.)

Ad Secundum Dicimus, quod sumus Contenti, quod jurisditio meri, et mixti imperij servetur Communitati Civitatis

Justrie, et quia jn dicto capitulo exponitur de casu processus formati contra Nicolaum Alberti de budrio per dnum locumt patrie, de quo casu non habemus informationem, Mandabimus eidem locumtenenti; q nos informet supersedendo procedere contra dictum Nicolaum.

Tertio capitulo sumus contenti; q sicut jn capitulo continetur, Marescalcus prie et caballarij non habeant.

Quarto volumus, q Cancellarij locumt nihil debeant accipere pro scriptura, seu processu criminali; nisi tantum pro defensando scripturam aliquam criminalem sol. quattuor, jn actibus autem, et scripturis ciuilibus habere debeant jd. quod terminabitur per locumt prie.

Quinto de exfortio commisso jn mittendo aliquam personam jn possessionem, obseruetur, et fiat, ut petitur.

Super Sexto, Respondemus, q quando reuertetur jn patria poterunt destinari nobis constitutiones, quas volunt debere approbari, et jllas videre, et examinare possimus.

Super Septimo, q jntelligatur tantum jn benefic pastor.

Ad Octauum q non concedantur caballarij nisi contra consiliros, fiat, ut jn capitulo continetur.

Super Decimo fiat, ut jn jllo continetur.

Super Vndecimo fiat, ut jn jllo continetur.

Super Duodecimo et Tertiodecimo capitulis non fiat, et sic non fuit concessum.

Super Quartodecimo obseruetur consuetudo, saluo q aliquis condemnatus solueret, anteq fuerit.

Pars consilij Rogatorum et eiusdem innovationes in favorem Forojulien. ceterorumque subditorum Ill.mi Duc. Do. Venetiarum, quae cavet, illos trahi non posse extra forum suum, nisi pro contractibus, pactis et mercatis factis Venetiis tantum.~

45 Andreas Gritti Dei Gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris Andreae Foscolo de suo Mandato Locumtenenti patriae Forijulij, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod die sexto instantis in Consilio nostro rogatorum capta fuit pars tenoris infrascripti. Quod indoluit Coram Dominio nostro Orator fidelissimae nostrae patriae Forijulij, quod multi subditi illius nostri trahuntur in iudicium ad hanc urbem nostram contra forma[m] partis captae in hoc Consilio die ultimo Martij 1435. qua statutum fuit, quod subditi Terrarum et locorum nostrorum non trahantur extra forum ad veniendum huc in iudicium, nisi pro debitis et Contractibus factis in hac urbe. Cumque id cedat gravi impensae, et pro damno predictis ipsius patriae nostrae supplicavit, volumus providere eis opportune, et ideo cum ita iustitiae et honestati conveniat, quod fiat non solum pro ipsis, sed etiam in Genere pro omnibus aliis subditis nostris, vadat pars, quod confirmando partem suprascriptam diei ultimi Martij 1435. quod ad unguem debeat observari ut in ea, auctoritate huius Consilij ipsi addatur, quod aliquis subditus noster tam dictae patriae Forijulij, quam omnium aliarum Terrarum, et locorum nostrorum etiam pro scriptis, sive aliis Contractibus, qui

dicant a chi presentera non factis jn hac urbe nostra
non possit trahi huc jn judicium, nec possit scribi per ali-
quod officium huius urbis pretoribus et magistratibus
extra ipsam, nisi miserit exempla contractuum, et
causarum propter quos, et quas debeat citari aliquis inclusa
jn litteris citationum, et ipsi Rectores, aut magi-
stratus non sint obligati exequi citationes ipsas, nisi
premissis expressis vz. pro scriptis, aut contractibus novo
factis jn hac urbe, et dictum est ulterius quia intro-
ductum est, quod a multis, et maxime hebreis pro solutione
eius, quod debeat diversis officijs huius urbis assignant
illis, quorum creditores sunt pro creditis contractis quo-
uis modo extra hanc urbem, et ipsi postea citant ad ve-
niendum huc jn judicium coram dictis officijs, jccirco
ut provideatur jtidem huic jnconvenienti captum sit,
quod etiam pro dictis creditis, que assignabuntur officijs,
aliquis subditus noster non possit trahi extra forum
suum, sed debeat servari jn omnibus ut supra;
omnes autem citationes causa predictorum scriptorum
aut contractuum, et etiam creditorum, que assignata
essent officijs non factorum jn hac urbe, que jn ipsa
penderent jn judicio, suspense sint, ita ut amplius
non procedatur hic jn ipsis, sed remittatur quisque
citatorum suo foro competenti, ut justum est, quare auc-
toritate suprascripta mandamus vobis, ut supra-
scriptam partem, et contenta jn ea observetis, et
ab omnibus jnviolabiliter observari facietis, facietis
has nostras ad successorum memoriam jn actis istius
cancellarie registrari, et registrata presentanti re-

stituit. , Dat. in Nostro Ducali palatio Die septimo Junij indictione duodecima . 1524 . Pntat. die 8 Julij . 1524 .)

~ Sententia in fauore fisci ~

M°.CCCCLXXXI. Die Ven. xviij. Januarij. Mag.cus et Cl.mus Dnus Paulus Barbo dignissimus locumt. patrie fori-julij pro Ill.mo Duc. Do. Venet. etc. sedens in Cammino logie pro iure reddendo visso, et per experientiam cognito, quod Thesaurus Camere Ill.mi Duc. Dnij Venet. vadit de malo in peius, et quasi ad nihilum redactus est propter alienationem bonorum pheudalium, et emphitheotar. indebite factas ad damnum Ill.mi Duc. Do. Venet., volens id parum Thesaurj, quod restat conseruare, et prouidere fraudibus, que fiunt in alienationibus ipsorum bonorum omni meliori modo, via iure, et forma, quibus magis et melius fieri potuit, pro bono, vtili, et honore Ill.mi Duc. Do. Venet. ordinauit quod omnes notarij ipsius patrie in stipulatione quorumcumque instrumentorum cuiuscumque generis alienationum venditionum, obligationum, donationum, dationum in solutum teneantur, et debeant interrogare diligenter sub vinculo sacramenti contrahentes si bona vendita, et alienata, aut cuiuscumque alterius contractus stip.i sunt pheudalia, aut liuellaria, aut aliter quomodocumque spectantia Camere Ill.mi Duc. Do. Venet. et de huiusmodi interrogatione, et responsione specialiter mentionem facere in ipsis instrumentis casu quo dixerint non esse de dictis bonis, Si vero per contrahentes fuerit responsum, quod sunt bona pheudalia, aut liuellaria, aut aliter Ill.mi Duc. Do. Venet. teneantur. et obligati sint nullo modo

stipulari dicta instrumenta, sed denuntiare teneantur omnia nomina contrahentium et bona, de quibus facturi erat alienationem Mag.co D. locumt., et siquis in posterum notarius repertus fuerit contrafecisse huic ordini sit perpetuo privatus officio notariatus, et ulterius cadat ad maiorem penam arbitrio Mag.ci tunc locumt.

Lata, data fuit suprascripta terminatio presentibus et vocatis multis notarijs, presentibus ad hoc Sp.bus Doc. Dnis Alberto de Albertis vic.o Dethalmo de Cergneo, Bernardino Berthola, Jacobo de Castello, Sebastiano Coadiutore, et alijs testibus rogatis.

Sub Regimine M.ci D. Leonardi Gtareni in 1459 die 22 decebris, patib. R.mo in xpo pre D. Fortunasio epo Sanfauaten. ac vic.o R.mi D. . . Car.lis et patrie aqleien. Sp.li D. franc.o Georgio hon. Thesaurerio utrius, et D. Daniele d Salla d padua Doc. 20.

48 Pro Camera fiscali, et pro S. Joanne Casilino instante pro capitaneatu Suffumbergi, quem habet hoc anno ad affictu pro ducatis 167 Mag.cus D. Locumt. antedictus non tam pro utilitate ipsius capitaneatus, quam etiam aliorum capitaneatuum, et Gastaldiarum, ac camparum patrie declaravit, et terminavit, quod nullus cuius cumque conditionis existat, audeat, vel presumat vender vel alienare, aut sua jura cedere alicui de aliquo terreno, manso, aut bono sine expressa licentia Mag.corum Dnorum locumt., qui pro tempore erunt, sub pena £ 50 et amittendi ipsa bona, et nihilominus venditio Soffumbergo

facta nullum sortiatur effectum, et ne de hoc aliquis ignorantiam capere possit, mandavit fieri publicum proclama utinj et in omnibus locis capitaneatuum, Gastaldiarum et Comparum patrie de omnibus predictis. attento quia plurima ipsa bona venduntur cum maximo damno Nostri Inclyti Ducalis Dominij.)

Remissiones in causis criminalibus facte p. M.cos D. locumten. diversis iurisdicentibus patrie Ta in pa instantia, quam post sententias per M.cos Dnos Locumtenentes ~

48

.1483. 26. martij Dno Joanni de Tricano per Mag.cum D. Benedictu Triuisano,

.1483. 15. maij, Gastaldioni fagamee p Mag.cum D. Benedictum Triuisano,

.1487. 18. martij, Judicio villalte per Mag.cum D. Thomam lippomano,

.1487. p.o octo Mag.co D. Nicolao Sauorgnano p M.cum D. Thoma lippomano, Pro jurisditione Osemerdenchie.)

.1488. 23. aprilis, Mag.co D. Nicolao Sauorgnano p M. D. lucam Nauaierio, pro jurisditione Sancti viti.)

.1488. 23. aprilis, Mag.co D. Tristano de Sauorgnano p M. D. luca Nauaierio, pro jurisditione Basaldelle.)

.1488. 24. maij R.do Capto aquileie per Mag.cum D. lucam Nauaierio, pro jurisditione palmade.)

.1488. 25. augusti Ad Locum Concordie per Mag.cum D. Michaele Nauaierio, pro jurisditione Concordie.)

.1488. 6. septembris Communitati Civitatis austrie per M. D. Michaele Nauaierio, in executione mandator. Duc. pro jurisdit. loci de buri.)

.1490. 29. septembris Mag.co D. Nicolao Sauorgnano pro jurisditione de pasono.)

.1491. 24. dec. Communitati Civitatis austrie per Mag.cum Dnum paulum barbo. in executione mandator. Duc. pro jurisdit. sua.

1492. xxj. aug. Nobilibus de Spilimbergo per Mag.cum Dnum hieronymum vendraminum pro jurisditione sua.

.1492. 13. 9bris Communitati sagones per Mag.cum Dnum hieronymum vendraminum pro jurisdizione sua.

.1509. 13. jan. Nobilibus Consortibus varmij per Mag.cum D. Andream lauvedano pro jurisditione varmij.

.1520. 11. Xbris Consortibus Spilimbergi per Mag.cum D. franciscum Donato pro jure pronesarij.

.1483. Die. 23. Martij.

Joannes Nicolaj dela Margarita de sancto Daniele consignatus fuit in carcere per Bernardinum veronensem vicemarescalcum, et socios pro quadam condemnatione librar. ducentar. contra ipsum lata, ut in ea

.1483. die. 26. ms Martij

In Camera Cubicularij Mag.ci et Cl.mi Dnj Benedicti Triuisano dignissimj Locumt. Generalis patrie forijulij presentibus Nobili Simone de Zopola uno ex Consortibus dicti loci, Bonadoru de vincentia officiale in utino, et Christino furnatore in utino omnibus testibus vocatis, et rogatis. Mag.cus et Cl.mus Dnus Locumt. antedictus, audito Nob. Joanne Antonio de Tricano indolente apud prefatum Mag.cum D. locumt. quod suprascriptus joannes in jurisditione sua contra formam priuilegior. suor. sibi indultor. ab Ill.mo Dnio nro in qua jurisditione tutus et securus erat vigore condemnationis contra ipsu

late, nec capi poterat, proinde instante apud prefatum clarissimum Dominum locumtenentem ipsum condemnatum temere liberari pro observatione privilegiorum suorum, et conservatione jurisditionis sue, auditaque confessione suprascripti Bernardini confitentis cepisse, et deprehendisse ipsum Joannem in villa Zauotis, qui locus est de jurisditione dicti ser Joannis Antonii, visis videndis, et considerata ipsa confessione declaravit ipsum Joannem remittendum esse, et remitti debere ad locum et jurisditionem ipsius ser Joannis, aut ad locum ubi captus fuit ut supra, scilicet captum in aliena jurisditione spectante ad ipsum ser Joannem Antonium, et consequenter mandavit ipsum Joannem liberari debere e carcere viri, in quo positus fuit pro suprascripta condemnatione librarum octingentarum.

Die xmo Aprilis 1483.

Joannes Jacobi de Cestonis positus fuit in carceribus per vicemarescalcum, ut mihi dixit ser Augustinus.

Die xv Maij 1483.

Joannes suprascriptus sic requirentibus Castaldione et Communitate Faganee, in quorum jurisditione fuit commissum homicidium in personam Michaelis Carbonij de Faganea interfecti, ut dicitur, per ipsum Joannem, remissus fuit per Magnificum Dominum locumtenentem viso processu formato ad ipsum Castaldionem et judicium predictum, ut habita veritate possit justitie satisfieri.

Ex libro carceratorum tunc ordinarie tento in Cancellaria Excellentissimi D. locumtenentis fideliter exemplato per me

joannem pacis notarium tempore Regiminis Mag.ci D.nj Benedicti Triuisano locumt.s Gn.alis patriae forijulij.

Die .30 octobris .1486.

Dominicus et Rubens caballarij presentarunt ad carceres pro homicidio commisso in personam cuiusdam de villalta leonardum de lestans de faganea.

Die .23. Martij. 1487.

Remissus de mandato Mag.ci D.nj Locumt.s ad judicium villaltae et consignatus fuit petro caballario et joannj codderliz justis rationibus et causis ut in processu suo.
Ex libro carceratorum ordinarie tento tempore regiminis Mag.ci D.nj Thome lippomano locumt.s fideliter exemplatum per me joannem pacis. etc.

Die .4. Martij .1487.

Bernardinus vicemarescalcus cum certis alijs caballarijs conduxerunt ad carceres virum infrascriptum occasione homicidiorum assertorum factorum per ipsum jacobum paulj de arthenea habitatorem in villa sauorgnanj.

Die .18. Martij .1487.

Mandato Magnifici et Clarissimj D.nj Thome lippomano dignissimi locumt.s consignatus fuit suprascriptus jacobus paulj de arthenea in potestate Nobilium consortium tarcenti per quos inquisitus fuit de homicidio, sicut patet per processum scriptum manu q. Ambrosij de Crasmis notarij visa primo inquisitione, et visis etiam alijs remissionibus in similibus factis. Ex libro carceratorum tunc ordinarie tento fideliter exemplatum per me joannem pacis not.s

Die ultimo Sept. 1487.

Dominicus de Tarvisio, Rubeus de dulcigno et Daniel de valenza, ac Cechus de Sacillo Caballarij presentarunt ad Carceres Bastianum de puzolo, quem dixerunt in pratis sub jurisditione Semerdenchie in jurisditione Nobilium de Savorgnano occasione cent. homicidij commissi in personam q. leonardi Bathel de puzolo.

Die primo Mensis octobris. 1487. Mag.cus et Clar.mus Dnus Thomas lippomanus Locumt. patrie Dignissimus jacens in Camera sua Cubiculari in burgo puscolly in Domo per suam Magnificiam conducta a Spectabili Dno Jacobo Georgio de valvasono, audito Magnifico legum Doctore Dno Antonio Savorgnano comparente nomine Mag.ci et Cl.mi Equitis Dnj Nicolaj eius patris dicente, qualiter Bastianus heri presentatus ad Carceres ut supra, captus et rettentus fuit in jurisditione prefati Dnj Nicolaj eius patris etc. in villa Semerdenchie jurisditionis ut supra, quare ad ipsum Dnum Nicolaum Dominum jurisditionis sue, predicte ville ubi captus fuit debere presentarj, et per ipsum judicarj tanquam Competentem judicem etc., petijt prefatus Dominus Antonius per antelatum Mag.cum Dnum Locumt. committi, et declarari debere, quod dictus Bastianus detur et Consignetur prefato Dno Antonio, ut in fortijs jurisditionis sue habere possit, et ipsum judicare juxta formam juris et prout ipsi videbitur de jure, qui Mag.cus Dnus Locumt. his auditis, habita fide, quod villa ubi captus fuit dictus Bastianus cum pertinentijs suis est

jurisditionis prefati Dnj Nicolaj Sauorgnanj, attento quod dictus
Bastianus captus fuit in confinibus dicte ville de Somer-
denchia jurisditionis prefatj Dnj Nicolaj. Declaravit pre-
fatum Bastianum Relaxandum fore de carceribus, et con-
signandum prefato Mag.co Dno Antonio nomine prefatj
eius Dnj patris Tamquam Dno jurisditionis predicte pre-
sentibus Spectabili et Nobili Dno Francisco de Strassoldo, Dno
Nicolao Zane de Cortona, et Sp.lis et Doct. Dno Bernardino
Bertholla, et Dno Symone de Filettinis, et alijs. Et
in die predicto quod Laurentius vicecapitaneus in
Executionem dicte pronuntie Relaxavit supra-
scriptum carceratum, et consignavit prefato Domino
Antonio Sauorgnano presentibus quod Joanne de Spi-
limbergo, et alijs quam pluribus. Ex libro carceratorum
Tunc ordinarie tento fideliter exemplate per me Jo-
annem pacis notarium.

Die. 13. Aprilis. 1488.

Leonardus Continus presentatus ad carceres per Do-
minicum et Demitrium, et Petrum de Trivasty in exe-
quutione commissionis sibj facte per Mag.cum Dnum
locumtenentem ob vulnera per ipsum illata in personam Ste-
phanj hospitis; qui dixerunt dimisisse ipsum super festo
Sancti Viti extra portam Utinj.

Die. 23. Aprilis. 1488.

Leonardus Suprascriptus relaxatus fuit, sive remissus
ad locum capture quam ad Sanctum Vitum, et hoc ad
instantiam Spectabilis Dnj Antonij filij Mag.ci Dominj
Nicolaj Sauorgnano comparentis nomine dicti eius

patrie, cuius asserit esse Jurisdictionem dicti loci, prout apparet de dicta remissione in ipso processu.

Die 22 aprilis 1488. Moniga Clauda de Basaldella fuit ad Carceres presentata per Demetrium Comillitonem et Danielem Fridoli caballarium, quia inculpabatur, quod esset venefica, et quia superstitiosis incantationibus effecit, quod quedam puella amiserat loquellam, et dixerunt ipsi Demetrius et Daniel ~~eam~~ cepisse ante hostium domus eius habitationis in Basaldella.

Die 23 aprilis 1488. Moniga suprascripta ~~relaxata~~ fuit, seu remissa Nobili Domino Tristano, et fratribus de Sauorgnano ob assertam jurisditionem, quam habent in Basaldella loco, in quo detenta fuit, ut de ipsa remissione apparet in processu.

1488. 24. Maij

IN christi nomine, Amen. Nos Lucas Nauaiero pro Ill.mo Duc. Do. nostro venet. etc. patrie forijulij Locumt. Judicantes et pluries mature ~~intellectis~~ R.do Decretorum Doctore Dno jacobo de Marano Canonico et vicedomino R.di Capituli Aquileiensis Comparente et Dicente, ac exponente nomine, et vice prefati R.di Capituli, quod prefatum Capitulum Antiquitus habuerit, et de presenti habet jurisditionem et garitum cum mero et mixto imperio Ciuiliter, et criminaliter in villa et loco palmade, ut Constat ex priuilegijs eius Antiquissimis R.morum Dnorum patriarcharum, et deinde Mag.corum Dnorum locumt. huius patrie, in qua jurisditione secundum mores et Consuetudines aliarum jurisditionum, Ceterorum Capitulorum, Castellanorum, et

Communitatum huius patriae nullus bannitus pro p[r]o
homicidio ex quacumq[ue] alia jurisditione, etiam si fue-
vit bannitus de Tota patria per hunc locumt[enente]m potest
Capi, nec detinerj, et si fuerit captus debere remitti
ad locum Capturae, et sic observatum fuit, et est per
Mag.cos D[omi]nos precessores nostros jn similibus casibus
pro omnibus jurisditionibus huius patriae, sicuti ap-
paret jn actis Cancellariae, quare cum his proximis
diebus Captus fuerit jn dicta sua jurisditione pal-
madae, et jn fortias nostras conductus per Ambrosiu[m]
Caballarium famulum vicemarescalchj quidam An-
tonius lombardj de Tricesimo bannitus de Tota pa-
tria per Mag.cum D[omi]num ludovicum Bembo hunc locumt[enente]m
patriae pretextu homicidij perpetrati jn personam
paulj de vendasio, licet dictus Antonius dictum homici-
dium non perpetraverit, sed commissum fuerit per
joannem filium, sicuti evidenter apparet ex sen-
tentia alios lata contra jpsum joannem per
Mag.cum D[omi]num Benedictum Triuisano precessorem no-
strum, jn qua sententia narratur clare Constar
jpsum homicidium commissum per dictum joanne[m],
et per Testes superjnde examinatos, et per fuga[m]
jpsius joannis, et Cum Talis Captura sit jn
preiudicium et derogationem jurium et jurisdit[ionis]
jpsius R[everendissi]mi Capitulj, et contra Consuetudines lon-
gissimas huius patriae, propterea petierunt, jnsti-
terunt, et requisiverunt a nobis, ut pro observa-
tione dictor[um] privilegior[um], jurisdit[ionis], et longissimar[um]

consuetudinum suarum remitteremus dictum Antonium
ad locum palmate, in quo captus fuit, et predixerunt,
unde visa imprimis presentatione facta de ipso An-
tonio, et descripta in libro carceratorum sub die. 17.
presentis, visis privilegijs ipsius R.di capituli,
et visa quadam remissione facta ipsi R.do capitulo
per Mag.cum D.num Angelum Gradenigo precessorem nostrum
sub anno. 1467. die. 20. novembris de quodam laurentio
Solano homicida capto in dicto loco palmate, ex quibus
privilegijs, et remissione nobis clare constat ipsum
R.dum capitulum habere jurisditionem cum mero et
mixto judicio in dicta villa palmate, et visis pluribus
sententijs, et declarationibus, seu remissionibus
factis in simili casu, et maxime remissione una
facta per Mag.cum D.num Angelum Gradenico ante-
dictum de quodam jacobo Fasario banito de Tota
patria per Mag.cum D.num hectorem pasqualigo olim lo-
cumtenentem patrie, et post dictum bannum capto in
jurisditione aquileie, visaque quadam sententia
lata per Mag.cum D.num Joannem Emo precessorem
nostrum contra leonardum Crechinj de Colloretto,
in fine cuius sententie mandatur ipsum leonar-
dum restituj communitatj civitatis austrie, in cuius
jurisditione captus fuerat ex jurisditione commissi
homicidij in personam cuiusdam familij q. Antonij
de perso, et visa quadam relaxatione facta vi-
gore litterarum ducalium diej. 19. septembris. 1480. et

Mag.^cum Dnum Jacobum Venerio tunc locumt. patrie de tribus bannitis s. Benedicto de Casasella, Jacobo dicto Bettano, et luca de forgaria, et visa alia remissione facta per Mag.^cum Dnum proxime precessorem nostrum Dnum Thomam lippomano de quodam bastiano de puzolio bannito per Mag.^cum Dnum Benedictum Triuisano de Tota patria, et post ipsum bannum capto jn jurisditione Semerdenchie jurisditionis Mag.^cor Dnorum de Sauorgnano, de qua remissione constat jn hoc libro Cancellarie nostre carceratorum sub die primo octobris .1487. et visa sententia ut supra lata contra Joannem filium suprascripti Antonij Carrerati, et visis pluribus alijs videndis, et consyderatis consyderandis

Christi nomine Repetito Dicimus, sententiamus, et promulgando declaramus dictum Antonium relaxandum et reducendum esse pro nunc ad locum Capture, et sic pro nunc remittimus, et relaxamus non jntendentes propter hoc nunc, nec jn futurum prejudicare jn aliquo juribus, et jurisditionibus Ill.^mi Duc. Dnij nostrj Venete, quandocumque et quomodocumque jn futurum de suo jure constare poterit. Laus Deo.

Lata, Data, et jn his scriptis sententialiter promulgata et pronuntiata fuit suprascripta sententia sive remissio per antelatum Mag.^cum Dnum lucam Nauaierio dignissimum locumt. patrie sedentem jn Sala superiorj sue Residentie, et lecta, et publicata de suo mandato per me Scholasium de Giudicis de Colonia Cancellarium suum sub anno Dnij .1488. die

vero Sabbati vigesimoquarto mensis Maij, presentibus pro Testibus Dno presbytero Ruberto de vidiano q. magri Antonij de utino, Nobili q. Bucino de Strassoldo, Benedicto q. q. pauli de Spilimbergo, et francisco filio q. Matthej a barba, et alijs, ac presente prefato Dno Jacobo de Marono nomine predicti R.di capituli aquileiensis suprascriptam relaxationem et declarationem laudante, Ex suo originali in libro Carceratorum fideliter exemplata per me Joannem paris notarium, et in fidem munivi sigillo Sancti Marci. etc.

Die martis quinto Augusti. 1488.

Bartholomeus Mingatus de Chions presentatus ad Carceres per Marinum et Domenegettum caballarios et socios, tamquam homicidarius, et captus (ut dixerunt) Concordie cum licentia Capitanei dicti loci etc.

Remissus fuit Die. 25. Augusti. 1488. vigore declarationis Mag.ci Dnj vicelocumtenentis facte sub die suprascripto, ac in fine processus Testium examinatorum pro dicta Captura ad R.dum Dnum Episcopum Concordie etc. ad Concordiam locum capture, et consignatus fuit vicecapitaneo, ut illum conduceret ad dictum locum, et presentaret ipsi Domino Capitaneo, sine eius judicij in dicto loco Concordie. Ex libro Carceratorum sub Regimine Mag.ci Dnj Michaelis Navoierio vicelocumtenentis. etc.

.1488. die. 7. Septembris

Hic Cadit querella instituta in. 1488. Die. 24. Maij. Cora

Magnifico D.no Luca Nauaierio Tunc locumt. patrie forifo-
lij per Catherinam vxorem q. petri Zotto, et Hastasiam vxo-
rem q. liruss(i)j de predemano, et Jacobum Sclauum patrem
q. Dominici famuli Jacobi de Tor contra Antonium fra-
cischinj de comun ville de burj, et alios viros circa 60.
de setta, et condemnatos de interfectione Maritor(um) dictar(um)
querellantium, et Jacobum patrem Dominici jn villa
de Buri tenoris et jn jpsa querella latius contine(tur),
que quidem querella fuit remissa ad spectabilem
communitatem ciuitatis Austrie jn executionem
litterar(um) et Mandator(um) jllustrissimi Ducalis Dominij
nostri, tenoris jnfrascripti (etc.)

42) Augustinus Barbadico Dei Gratia Dux venet(iarum) etc.
Nobilibus et Sapientibus viris Michaeli Nauaierio de
suo Mandato Locumtenenti patrie forijulij, et successo-
ribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis
affectum. Semper fuit nostra intentio q(uod) priuilegia et conces-
siones facte, et per nos concesse fidelibus nostris
ab omnibus seruarentur, et nullo modo permissimus
q(uod) a quoq(ue) jnterrumperentur, jmmo volumus, et ordi-
namus, q(uod) jnuiolabiliter seruentur, hoc enim vobis
Dicimus, quoniam nuper a spectabilibus Doctoribus
D. hermano de Claricinis, et Bartholameo de nordis
Oratoribus fidelissime communitatis ciuitatis
Austrie certiores facti fuimus, q(uod) contra priuilegia
et concessiones eor(um) fecistis certas jnquisitiones
et proclamationes de aliquibus subditis Ditionj dicte

Communitati suppositis, quam rem facere non potestis, nec
debetis, et hoc credimus factum fuisse per vos ad requisitio-
nem vicarii vestri, de qua re profecto non modo admira-
tionem habuimus, sed displicentiam singularem, quod
istis inconsuetis modis et mediis infringantur privi-
legia nostra, nam alii locumtenentes precessores
vestri si aliquando proclamationes fecerunt, etiam
auditis privilegiis dicte communitatis recidicave-
runt, et hoc idem vos facere debebatis, et non ad
requisitionem alicuius lucri vicarii vestri dare expen-
sas ipsi communitati in mittendo ad nos oratores
suos, iccirco acceptis presentibus omnia revocate,
et in pristinum reducite, et cavete post hac contra-
venire privilegiis et concessionibus nostris, et remit-
tatis processum per vos formatum dicte commu-
nitati ut iustitiam ministrare possit, has autem
ad futuram memoriam registrari facite, et registra-
tas presentanti restitui.

Dat. in nostro Ducali palatio die vj. septembris, in-
dictione septima. 1504. LXXXiiij.

Ioannes pacis notarius a suo autentico fideliter
exemplavit, et munivit sigillo sancti Marci.

Colaus de passons presentatus ad carceres per Dome-
negettum, et Marinum caballarium die xx. fe-
bruarij. 1490.

Magnificus et Clarissimus Dominus Paulus Barbo Dignissimus
Locumtenens patrie forijulij pro Illustrissimo Duce Do.
Venetiarum etc. audita honesta petitione spectabilis et.
Doctoris Domini Antonij Sauorgnanj requirentis pro re-
seruatione priuilegiorum et Concessionum suarum
et Antique Consuetudinis remitti hunc casum judicandum
foro et jurisditioni sue respectu loci, vbi dicitur, quod
dictus Colaus fuit Captus, qui locus est jurisditionis
prefatorum Nobilium de Sauorgnano cum plena pote-
state omnimodj imperij in Ciuilibus et Criminalibus
et in Causis pure Capitalibus, non solum quia id de-
jure fierj debet ex forma priuilegiorum et Concessionum
suarum, verum etiam ex vetherj et approbate Con-
suetudine, visis quamplurimis Remissionibus factis
per diuersos precessores in diuersis Casibus, et vbj de
vita hominis tractabatur, necnon quibusdam scrip-
turis et litteris Ducalibus ad fidem faciendam de ju-
risditione sua participato imprimis Colloquio cum
Clarissimo juris Doctore Domino Alberto de Albertis vi-
cario suo, cuj causam hanc commisit, et priuilegiorum
obseruatiam examinandam, qua cunctis in rebus
solita virtute et diligentia consueuit, qua nihil
prestabilius est in homine, cuj demandata est jurisditio
administrandj Ciuitatum, per fidem subditis datam et
Concessiones benemeritis de statu conseruare, et homi-
nes videntes justum imperium in fide ardentiores
fiunt, habita in premissis diligentj Consyderatione

Mandauit suprascriptum Colaum Relaxari debere ex Carceribus et remitti ad suprascriptos Nobiles de Sauorgnano puniend. et judicand. sub quorum jurisditione captus fuit pro obseruatione priuilegij Concessionum suarum, et juxta antiquam consuetudinem, que est optima legum interpres ad conseruationem jurisditionis eorum.

Ex libro Carceratorum Xotthorum Cooperto Carta membrana cum figura Sancti Marci super dicta Cooperta fideliter exemplat. per me Joannem pacis Notarium, etc.

Augustinus Barbadico Dei Gratia Dux Venetiarum etc. Nobili et Sapienti viro Paulo Barbo de suo Mandato Locumtenenti patrie forijulij fideli dilecto salutem et dilectionis affectum. paulo post receptionem litterarum vestrarum Diei 5. instantis Tam ad nos, quam ad Capita Consilij nostri X. scriptarum, quibus vestris adiunctus erat processus per vos formatus contra panthaleonem quaiarium de Ciuitate austrie pro raptu puelle etc. superuenerunt duo Oratores fidelissime Communitatis eiusdem loci, qui non minus reuerenter quam instantissime supplicarunt pro obseruatione priuilegiorum, Concessionum, et declarationum per Nos in similibus Concessarum et factarum, per quas apparet, quod semper voluimus ipsos fidelissimos nostros in solitis eorum jurisditionibus, pro quibus omnino inuiolabiliter obseruand. Et si quando accidit, quod aliquis ex locumtenentibus, qui ante vos venerint, voluerint procedere in his, et alijs criminalibus etiam factis vijs publicis in districtu

eiusdem loci, sicut fuit presens casus. Mandavimus Judicium restitui, et remitti ad forum eorum servata semper locumtenentis nostris appellatione, e contra vero auditis et intellectis per nos, et bene considerati omnibus, que per vestras litteras dicitis, et comemoratis, demum attendentes observationem privilegiorum suorum, et declarationum antehac in similibus factarum, et volumus omnino ipsos fidelissimos nostros de statu nostro etiam aliogn benemeritos conservare in solitis jurisditionibus eorum, vobis cum consilio nostro decem mandamus et processum per vos in simili causa formatum remittere, et dimitter debeatis judicandum per deputatum sive deputatos judices in causa criminalibus illius loci, vos propterea aliter non impediendo nisi in causa appellationis, que postea vestra est, et ad vos spectat, ut diximus. has autem registrari facite, et registratas presentanti restituite.) Datum in nostro Ducali palatio die xxiiij decembris, indictione x^ma^ 1491.) Ex suo autentico in Cancellaria Clarissimi Domini Locumtenentis patrie fori Julii Joannes pacis notarius exemplavit et munivit. etc.)

Die xxi Augusti 1492.

Fontinus de Cornua districtus Mothe presentatus per Dussium Birretarium Comilitonem Magnifici Domini potestatis Mothe pro una condemnatione contra eum facta per Magnificum Dominum Paulum Barbo olim dignissimum locumtenentem, quod sibi ernatur unus occulus.)

Die .5. octobris .1492. Circa mediam noctem Relaxatus
fuit suprascriptus homicida et Consignatus Castaldioni
Nobilium Consortum Spilimbergi ipsis Consortibus pre-
sentandus, quia illis remissus fuit occasione homicidij
... Armigeri Dnis Joannis grimani interfecti in eorum
jurisditione, ut Constat de homicidio in Actis Mag.ci Dnj
vitalis Lando tunc dignissimj Locumtenentis patrie,
Ex libro Carceratorum Cooperto Carta membrana
Cum figura Sancti Marcj super dicta Cooperta fide-
liter exemplat per me Joannem patris notarium etc.
Sub Regimine Mag.ci Dnj hieronymo vendramino.

Die .27. octobris .1492.

Andreas paduanus ville varmj Carceratus per Mari-
num Caballarium, et Joannem nigrum officialem, quia
bannitus est de Utino, et Tota patria.

.1492. die .13. novembris

Relaxatus de Mandato Magnificj Dominj Locumtenentis,
quia remissus ad Communitatem Saganei, ut apparet
in processu suo. Ex dicto libro, sub dicto Regimine etc.

Pasqualis Maripetro Dei Gratia Dux venetiarum etc. Ho-
bilibus et sapientibus viris Hectorj pasqualigo de
suo Mandato Locumt. patrie forijulij, et successoribus
suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum,
fuerunt ad presentiam nostram Oratores fidelium Com-
munitatum illius patrie, et porrexerunt quinque Capitula
Ad que Cum nostro Collegio fecimus responsiones.

nostras, sicut in calce unius cuiusque eorum videbitis; proinde volumus, et vobis Mandamus, quod responsiones, et deliberationes huiusmodi nostras observetis, et faciatis prout jacent, iuxta tum continet, inviolabiliter observari, registrari faciendo in Cancellaria nostra istas litteras nostras ad memoriam successorum. Tenor autem capitulorum et responsionum nostrarum est iste, pro parte fidelium communitatum patrie Foriiulii scilicet Civitatis Austrie, Utinj, Glemone, Tulmecij, Venzonj, et aliarum plurimum supplicatur Nostro Serenissimo Dominio pro sublevandis eorum ab infinitis Gravedinibus, et expensis, et ne ipsarum communitatum jurisdictio videatur contra contra consuetudines antiquas observatas, et eiusdem Serenissimi Dominij Concessiones etc. primo.

Tertio quod pars capta in Excelso Consilio Rogatorum, qua cavetur quod bannitj etiam pro puro homicidio bannitj etiam intelligantur per quindecim milliaria a Territorio commissi delictj, non habeat locum in patria, sed observetur sicuti antiquitus consueuit, ita quod quandocumque bannitj pro puro homicidio sint securj in locis dicte patrie, que sunt separate jurisditiones a locis perpetratj delictj nisi in stratis publicis, ne Tales bannitj habeant materiam ad loca extranea relicta patria exulare, et observatione dicte partis, Responsio Fiat, fiat ut petitur, etc. observentur antique consuetudines patrie non obstante ordine de bannitis, de quo in capitulis fit mentio, qui contra privilegia, antiquum morem, et

consuetudinem patrie locum habere non intelligatur, quarto/
Dat. in nostro Ducali palatio Die. 22. Decembris, in-
dictione nona. M°. cccc°. lx°. Nicolaus Mattonus no-
tarius, et Coadiutor Cancellarie Exemplum suprascriptum
requisitus ex autentico Registro suo extraxit omissis
quindecim aliis Capitulis alia concernentibus, in
quorum fidem se subscripsit, sigilloque Sancti Marci munivit, etc.

In facto nonnullorum Bannitorum de Tota patria forijulij

Franciscus foscari Dei Gratia Dux ve-
netiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris francisco
Bondumerio de suo Mandato potestati Mothe, et Suc-
cessoribus suis fidelibus Dilectis salutem, et Dilecti-
affectum, Supplicatum est Nostro Dominio pro parte non-
nullorum fidelium nostrorum, qui pro Condemnationibus
factis contra eos pro puro homicidio positi sunt in
Banno de omnibus Terris, et locis nostris patrie fo-
rijulij, quod ipsos Tales venire permittamus sub
villis, et locis, que alias fuerunt de districtu patrie,
et nunc sub jurisditione, et potestaria mothe, Nos
inclinati eorum supplicationi Tenore presentium con-
cedimus et impartimur omnibus et singulis,
qui, ut prefertur, a patria nostra forijulij pro puro
homicidio exules sunt vigore suarum Condenationum, quod

possint libere, et impune se reducere super villis, et possessionibus, que olim fuerunt de Territorio pratte, et nunc sunt sub districtu Mothe, et portus Buffoletti, illasque villas, et possessiones habitare, et Colere non obstantibus Condemnationibus, aut processibus, qui Contra huiusmodi homicidas Lati fuissent :—
Datum In nostro Ducali palatio, Die octavo Mensis decembris, Inditione .14. 1436.

M°.ccc°.Lxvi. 1366.

Vocati ad primordialem Missam Rev.mi In Christo patris et Dni. D. Marquardi Dei Gratia Sancte Sedis Aquileiensis Dig.mi patriarche Die Dominico Decimonono Aprilis In Aquileiensi Ecclesia Celebratam cum Clenodiis ac exeniis per ipsos vel alios eorum nomine assignatos.

Suffraganei Aql. Eccl.ae et Cap.la eorum

1\. Episcopus Tridentinus ~~dedit~~ —— ——
Capitulum : —— ——
2\. Episcopus paduanus unum urceum Coopertum, et
Capitulum : —. unam Cuppam sine pede, plana coopta.
3\. Episcopus veronensis — ——
Capitulum —— — — Cereum unum cum duc. xxij.
4\. Episcopus Tergestinus —
Capitulum —— —— Cereum unum cum deneriis.
5\. Episcopus Cumanus —— —
Capitulum —— —— ——

.6. Episcopus vincentinus —— Cereum unum cum duc. xxij.
Capitulum —— ——
7. Episcopus Justinopolitanus —— ——
Capitulum —— —— ——
.8. Episcopus Concordiensis — una Cupa cum pede et smaltis
Capitulum —— ——
.9. Episcopus Emanensis ——
Capitulum —— ——
.10. Episcopus polensis) —— florenos .xij.
Capitulum ——)
.11. Episcopus parentinus ——
Capitulum -- - —— - -
.12. Episcopus Triuisinus —— unam Cuppam cum pede
Capitulum —— —— Duas Tacias.)
.13. Episcopus perotien.
Capitulum -- - -
.14. Episcopus Cenetensis ——
Capitulum —— —— - unum Cissu cum pede
.15. Episcopus Mantuanus ——
Capitulum - -- - -
.16. Episcopus Segnien. —— —
Episcopus fassionen

Magnates cum ceteris communitatibus.) Domini Mediolanenses ——
D^s Dx. et Coe venet. Duo bacilia; duas platenas; Tres Cissos coopertos et Tacias cratere i. vulgo. xij.)

D^s^. paduanus — vnam Credentia et duas cuppas cu pedib[us],
D^s^ veronensis — —
D^s^. Marchio Estensis — —
Coe florentie — —
Coe pisane — vnam Bursam cum centu florenis,
Comes Croatie — —
Comes Goritie — —
Comes de pisino — —
Dnj de Collalto — —
Dnus Guielmus de Camino, vna platena magna plana,
Dnus Gerardus de la mottha —
Communitas Tergesti — Tres Cuppas cum pedibus
Dna Comitissa Goritie — —

Ceterj plati Alemanie
Archidiaconus Carintie — —
Archidiaconus Carnide et Marchie —
Archidiaconus Seunie — —
Abbas obremburgen — —
Abbas Victoriensis — —
Abbas in arnostalim — —
Abbas Siticensis — —
Prepositus Junensis — —
Prior in vremuitz — —
Abbas Milistatensis — —

plati cum clero intrinseco,
Decanus Aquileiensis — Ceretum vnum cum denarijs,
Capitulum — —

Dnus pagonus de la Turre — — vnam Cuppa plana cu paruo pede,
Dnus Ravagninus — Cereum vnum cu denarijs.)
Decanus Ciuitatensis — Cereos duos cum denarijs.)
Capitulum — —
Decanus vtinensis — Marchas soldos septem /
Capitulum — — —
Abbas Gilliniensis — vnam Cuppa cum pede,
Abbas Sestensis — —
Abbas Rosacensis — -
Abbas Mosacensis — — vnam Cuppam cu paruo pede.)
Prepositus sancti Stephani aquileie —
Capitulum — —
Prepositus sancti felicis in aquileia —
Capitulum — — —
Prepositus sancti petri in Carnea —
Capitulum — — —
Abbas Simaguensis — vna cuppa Cum pede.,
Abbatissa aquileiensis — vnam Cuppa Cum pede.)
Abbatissa Ciuitatis austrie vnum Ciffum cum pede.)
Ciuitates prie) Aquileia — — Sex Iacias.)
vtinum — — duas cuppas vna magna et vna parua cu pedib,
Ciuitas austrie — — Duas Cuppas magnas sine pede.)
Glemona — — quinq sorcias cum marchis den. xij.)
Maranum — — Duos Cereos cum denarijs
Mons falco — — Duos Cereos cum denarijs

Sanctus vitus —— vnum Cereum cum denarijs.
Sacillum —— —— vnum Cereum cū denarijs
Medima —— ——
Tumetium Cum Carnea — Cereum vnū Cum denarijs
Contrata Cadubrij —— — Ducatos sexagita jn vna bursa
Vencionum —— —— vnum Ciffum de xpallo cū pede,
Portus gruarim — vna cuppa cum pede (et forenos xxvj.

jlli de Marchionatu jstrie)
Mugla —— —— —— Cereos duos cum denarijs
Buglis —— —— ——
Portulis —— ——
Pinuentum —— ——
Rocium —— —— ——
Colimum —— —— ——
Duo Castra —— —— —
Abona —— ——
Flanona —— ——

jlli de patria foriiulij)
Prata —— (Dnus Manfredus vnam Taciā.
Dnj alij vnā magnā cuppā cū pede,
Porcilea —— Toreum vnum cū denarijs,
Pulcinicum —— Torcia iiij^or. cum denarijs.
villalta —— Majnardus de villalta toreū vnū cū denarijs,
Castellum —— — vnam Cuppam magnā sine pede,
Strassoldum —— (Heredes D. henrici Toreū vnū cū den.
Dnus Gabriel et Pinardus Cereos ij cū den.
Spegnimbergum —— vna cuppam cum pede,
Quianum —— —— Cereum vnum cū denarijs.

Maniacum — —
La Fratina — — Cereum unum cu denarijs
Saluarollum — — —
Laurinzaia — —
Sbroiauacha —
Valuasonum — Dnus Simon d valuasono una cuppa sine pede
Azanum — — —
Varmum — —
Toppum — —
Tricanum — —
Colloretum — Simon de Coll.to Cereu unu cu den.
Mels — Joannes Cereu unu cu denarijs
Pers —
Cauoriacum —
Murutium — —
Cerneum — —
Ziracum — —
Brazachum superius — —
Brazachum inferius — —
Fontana Bona — — Cereum unu cu den.
Fagomea — — Cereu unu cu den.
Comunes Daniel — Comunitas S. danielis cereu unu cu den.
Tricesimum — —
Pramperghum — — Cereum unu cu denarijs
Portisagnum — —
Attemps — — —

Cucônea —— Dnus aloisius vnā cuppā sine pede,
~~Endrium~~ —— ——
Manzanum —— —— Guârnerius et panthaleon cereū
Vendônum —— vnum cum denarijs
Ragonea ——
Zopula —— ——
Campa —— ~~Comunitas~~ cereos .ij. cū den.,

Singulares alij Dnj et psone
D^s. franciscus de Sauognano. vna cuppa cū ~~pede~~ coopta.
D^s. Lazarus d Sauognano — vna credentia cū linguis sgtinis,
D^s. federicus de Sauorgnano, vna cuppa sine pede cooptam,
Plebanus S^ti. Danielis —— cereum vnū cum denarijs,
Prior S^ti. Ant^ij d venetijs —— vna platena planam,
D^s. Nicolinus dla Torre —— vnum magnū Equū,
Dnus Nicolussius orbutj —— ——
Filij Joannolj de lisono —— Duas Tacias,
Dnus Joanes d moticulis —— vna cuppa d nuce cū argeto deaurato,
D^s. phebusinus dela Turre — vnam cuppam cum pede,
Antonius dela Turre ~~rate~~ camparius — vnum calicem,
Filij castronj de bordis — vnam ofectoram cū pede,
Plebanus Tricesimj —— vnū cereum cum denarijs

Nota q ultra premissa datj sunt tres anullj omnes aurj. quor. vnus est margaritis fulcitus, et ignorat quis dederit: 2-li.

Item sunt Due cuppe plane cum pede plano. et alia sine pede, et ignoratur similiter, quis dederit.
Potestas aquileie cereum vnum cū marcha vna,
Vxor Dnj potestatis cereum vnū cum mārcha media,

Potestas Maranj — Cereum unum cum denaris,
Plebanus Versie — Cereum unu cu denarijs,
Dnus Castellinus dela Turre, Cereu unu cu denarijs,

Omnia Suprascripta Constant manu. q. ser joannis notarij susanne q. ser odoriçi notarij q. Andree de Utino sub .1366.

~ Q Nemo possit citarj venetijs nisi pro debitis jllic contractis . 1435 . Die ultimo martij . in consilio rogator. ~

Quoniam à certo Tempore Citra Multi Cives et habitatores verone Citantur et requiruntur per diversos Magistratus Civitatis venetiarum, Mobile Curie, de proprio Curie, Curie petitionum et alios similes, qui vadant venetias, et aliunde, quod omnino inconveniens est, quia persone non debent trahj ad Judicium extra jurisdictionem et Domicilium suum, et quia actor sequitur forum rej non est contra, proinde supplicatur, quod Serenitas vestra dignetur providere, et mandare hoc nullo modo, nullaque via fierj, ne dictj subditj fidelissimj venetijs frustrentur laboribus et expensis contra juris debitum, Nam Rectores vestri veronenses sufficientes sunt cuique justitiam ministrare, atque petentibus, et requirentibus. Coram quibus veronenses conveniendj sunt, non Coram judicibus venetiarum. Respondeatur, quod pro debitis et mercatis, ac Contractibus factis venetijs possint venetijs Convenirj, Sed pro

alijs rebus conveniri debeant verone coram potestate nostro, qui pro tempore erit, et istud idem servetur pro omnibus alijs nostri a parte Terre.

Se ritrova snăe in grăm d quella.

Sn̄tia lata p ↄsiliū d xl.ta ↄtra Colonos allegantes diutius possedisse bona sub uniformi pensione

Augustinus Barbadico Dei Gratia Dux Venetiar. etc. Nobilibus et sapientibus viris Ludovico Bragadeno de suo mandato locumtenenti patrie fori julij et successoribus suis fidelibus dilectis salutē et dilectionis affectum, Hudinis quartus propter intermissionem, et placitare viri Nobilis Joannis Cornarij auditoris nostri novi sententiar. in Consilio nostro de quadraginta ad civilia deputato posita et capta fuit pars tenoris infrascripti, vz. qd ista sententia lata per virum Nobilem q Michaelem Navaierio olim vicelocumtenentem prie forijulij, per quam in causa vertente inter Nicolaum Martinj, Danielem de valeriano, Danielem valentinj de monte regalj, Nicolaum de ponoletto, Musottum odoriq, odoricum paulj de Gricio, Danielem donatj del bar, Paulum Jacobi paulj, Jacobū donatj lazarinj, Joannem Dominiq lucie, Danielē perissinj de malnisio, Joannem Mercadante, Michaelē Bertholusij, Borchianū de Giajo, Antonium Barlottj de Zuiano, et Jacobum nigri de Sancto martino ex una agentes, et contradicentes comeatuj, et

licentie eis datis per Bernardinum de florittis de Spi-
limbergo sive eius procuratorem de certis terrenis
per eos ruptis et laboratis, et haltenus recognitis
a Joanne de portu de vincentia, per eumdem Ber-
nardinum ab ipso Joanne de portu noviter emptis,
et ipsum Bernardinum petentem commeatum
suum procedere, sententiavit, et declaravit die
xxij. mensis Augusti contradictionem predictorum
Nicolai martini, et sociorum consortium ipsius litis
procedere debere in omnibus et per omnia ut
in ea, et successive commeatum, sive licentiam
eis consortibus datum sive datam annullandum
vel cassandum fore, et esse, et sic illam, vel illud
annullavit, et cassavit cum expensis etc., ut in
ea legitur et continetur, tamquam male et indebite
facta contra ius et iustitiam in damnum et preiu-
dicium antedicti Bernardini de floritis incidatur
cassetur, revocetur, et annulletur cum omnibus
suis secutis exemplis et dependentijs partibus
revertentibus in pristinum statum, quapropter
cum prefato consilio nostro fidelitatibus ut man-
damus, quatenus partem suprascriptam et omnia
in ea contenta observari et executioni man-
dari faciatis, et cassari et aboleri sententiam
predictam cum omnibus ab ea dependentibus,
ex quibuscumque scripturis et filcijs ubi scripta
reperiretur, et reponi partes ipsas prenomina-
tas in illis iure, statu, gradu, conditione, et

esse, jn quibus erant, antequam dicta sententia lata fuisset, et Cogi etiam predictos Consortes, et habentes de bonis suis ad soluendum suprascripto Bernardino pro expensis officij prefati nostri Auditoris Duc. 4.or auri, de alijs expensis factis jn causa predicta appellationis et jnuasionis prefatus noster Auditor postmodum vobis scribet, circa vero expensas ipsic factas jn causa principali partibus coram vobis comparentibus justitiam ministrabitis, facientes has nostras ad futuram memoriam registrari et registratas presentanti restitui,
Dat. jn nostro Ducali palatio Die. xxvj. mensis julij, M°. cccc°. Lxxxx°.) A Tergo: Nobilibus et Sapientibus viris Ludouico Bragadeno Locumtenenti patrie forijulij et successoribus suis, presentatum Die. 6. julij. 1490. Registrate jn registro signato.)

Pars Ducalis circa expensas prime jnstantie non soluendas per succumbentem venetijs jn casu jnuasionis, et restitutionis jn pristinum

Leonardus Lauredanus Dei Gratia Dux venetiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris francisco foscarj equiti de suo mandato Locumtenenti patrie forijulij, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum, Aderunt ad presentiam Dominij nostri Spectabiles Domini Antonius Sauorgnanus, franciscus Strassoldo, et jacobus de castello Doctores, et egregius quondam franciscus de Cergneo Oratores illius

fidelissime patrie inter cetera eius nomine supplicarunt
q partem captam in suo Generali parlamento sub
die xx.º julij proxime ellapsi, qua Cavetur, q repor-
tantes Nudam et simplicem incisionem cum reposítio-
ne in pristinum sive fuerit Actor, sive reus, non
possit virtute dicte incisionis petere expensas prime
instantie etc sicut diffusius ex ipsius partis lectione,
Cuius exemplum vobis presentibus insertum mittimus,
poteritis intueri, dignemini approbare, et Confirmare
et pote ab omnibus in Genere per optatum, Nos
autem qui illam Carissimam, et fidelissimam patriam
Charapendimus, eique in Cunctis equis et honestis
Gratificari Cupimus, ipsam partem utilem ut aiunt,
et necessariam laudauimus, approbauimus, Confir-
mauimus, et Tenore presentium laudamus, appro-
bamus, et confirmamus, vobis Mandantes, q presentes
litteras nostras obseruetis, faciatisque ab omnibus
inuiolabiliter obseruari, Has autem registratas
presentanti restituite, Dat. in nostro Ducali pa-
latio Die. 23. februarij. indictione 9.ª 1505.

Exempli partis capte in Gn̄alj par-
lamento prie sub Die. 20. julij,
.1505. indict. 8.ᵘᵃ sub regimine M.º D.
franc.i foscari equitis prie Locumt. dig.mi etc

Postremo per Clarissimum iuris Doctorem Do-
minum franciscum de strassoldo sic expositum
fuit, quia a paruo Tempore Citra induxit quedam

praua Consuetudo, vel verius Corruptella damnosa admodum et preiudicialis, nulloque iure, aut honestate vestita, que per antea in hac patria non fuit a seculo audita, quod sequuta simplici incisione sententiarum per iudicia siue Excellentissima Consilia cum sola repositione in pristinum statum, et sic sine alia reformatione sententie, que Tamen fieri debuit secundum formam Constitutionis patrie, petunt expense prime instantie per eum, qui reportauit Talem nudam incisionem in eius fauorem cum dicta repositione in pristinum, nulla alia super dicta prima instantia sequuta sententia, et quod deterius est, Actor omisso primo processu facit, et facere vult nouam omnino petitionem, absque eo quod reo satisfaciat expensas prime instantie, quem in ipsa instantia laboribus et expensis Tantoopere fatigauit, quibus quidem Corruptellis prorsus dispendiosis omnino occurrendum est, propterea vadit pars, quod de cetero reportans in eius fauorem huiusmodi nudam et simplicem incisionem cum repositione in pristinum, et siue fuerit Actor, siue reus, non possit virtute Talis incisionis petere expensas prime instantie, Sed partes intelligantur in eisdem statu et gradu, quibus erat immediate antequam lata fuisset sententia, et sic allegate processus et instantie sicut erant, sunt esse intelligantur, Ita quod Tam circa merita, quam circa instantiam, et expensas fiat, et fieri debeat iuris, seu

reformatio per judicem prime instantie sicuti fieri poterat antequam lata fuisset sententia, postea incisa, ex quo venetiis nulla consuevit fieri reformatio, hoc tamen addito, quod idem dominus judex possit assignare partibus aliquam dilationem brevem tamen eius arbitrio limitandam ad probandum et deducendum de pretensis earum juribus, dummodo probationes faciende per testes non sint super eisdem, vel directo contrarijs juxta dispositionem juris communis, et constitutiones patrie, quod actor omisso processu prime instantie non possit facere novam petitionem, vel veterem quovis modo muttare, corrigere, et illi addere contra formam juris, nisi prius reo satisfaciat omnes legittimas expensas per eum in dicta prima instantia factas, cum jure cautum sit nemini licere cum aliena jactura vagari etc., et quod capta supradicta parte supplicetur Illustrissimo Ducali Dominio nostro venete quod dignetur, et vellit illam confirmare ad gratiam consolationem huius sue fidelissime patrie etc.

Quod cause inappellabiles exequantur

Quum Auditores novi tanquam Syndici contra formam privilegiorum et statutorum fidelissimarum communitatum nostrarum hucusque inviolabiliter observatorum, et contra multas partes captas in Consilio Rogatorum, et litteras Ducales factas super concessionibus dictis communitatibus

intromiserunt infinitas materias spectantes judicio potestatum; item intromiserunt causas inappellabiles latas in Arengo, et incidunt sententias criminales et de possessione turbata, et de dampnis datis etc.
item intromisserunt sententias exequutorias, et cedulas pignorationum, et exequutiones sententiarum, de quibus ex forma statutorum non potest appellari;
item intromisserunt multas sententias latas de consilio Sapientis, quarum appellatio spectat consilio sapientis; item intromisserunt sententias compromissarias, a quibus non potest appellari ex forma statuti; sed debere reduci ad arbitrium boni viri; item intromisserunt causas, que habuerunt duas sententias conformes, a quibus per mandatum expressum Consilii Rogatorum appellari non potest; item audiverunt causas, que transiverunt in vigorem rei judicate, a quibus appellari non potest sine speciali gratia Dominii; et alia similia intromisserunt, et fecerunt contra dictas concessiones etc. Cum nostro Consilio decem deliberamus, quod omnia suprascripta facta et intromissa quomodocumque contra formam statuti, et privilegiorum per dictos auditores, aut tunc advocatores in tali officio revocentur, et retrahentur etc. et de cetero de predictis, et de similibus, que essent contra privilegia vel statuta vel concessiones communitatum dicti auditores nostri debeant se impedire, nisi habeat mandatum a Dominio pro aliquo casu criminali etc.

Christophorus mauro Dei Gratia Dux venetiarum etc.
Nobilibus et Sapientibus viris Benedicto venerio
de suo Mandato locumtenenti patrie foriiulij, et
Successoribus suis fidelibus dilectis salutem
et dilectionis affectum. Dnus Nicolaus de sauor-
gnano Miles orator istius nostre fidelissime Com-
munitatis ad nostram presentiam profectus supplicitter
a nobis petijt nomine ipsius Communitatis, ut
Dignemur mandare, quod Cause inappellabiles per
leges et statuta patrie per vos et successores
vestros non obstantibus litteris auditorum no-
strorum executioni mittantur iuxta Tenorem et Con-
tinentiam Cuiusdam partis capte in nostro Consilio
decem in 1449 die 24 januarij, quare ut pre-
dicte nostre Communitati fidelissime honeste nobis
petenti, et supplicanti morem geramus, volumus
et mandamus vobis, quod suprascriptas Causas
que per leges et statuta patrie sunt inappel-
labiles non obstantibus aliquibus litteris nostrorum
auditorum exequi debeatis secundum formam
et Continentiam suprascripte partis capte
in nostro Consilio decem 1449 die xxiiij ja-
nuarij, reservato tamen arbitrio, et potestate
cuiuscumque per viam Gratie appellari posse,
Has autem litteras nostras registrari faciatis
et registratas predicte fidelissime nostre Com-
munitati restitui. Dat. in nro Duc. pall. Die xv
sept. indict. quinta 1471.

Leonardus Lauredanus Dei Gratia Dux Venetiarum etc.
Nobilibus et Sapientibus viris Paulo Triuisano equiti
de suo Mandato Locumtenenti patrie Forijulij, et suc-
cessoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectio-
nis affectum, quoniam inter alios oratores aliarum
Ciuitatum nostrarum ad presentiam nostram et Capitum
Consilij nostri decem comparens eximior Doctor Do-
minus Guido Antonius Cesarinus orator illius fidelis-
sime patrie nostre Forijulij comparuit, ac reuerenter
indoluit exponens, quod licet alias per hoc Consilium
in 1449. 1454. 1455. Captum et deliberatum fuit,
quod pro obseruantia priuilegiorum, Statutorum, et pro-
missionum factarum ipsi patrie, Auditores nostri noui
sententiarum, vel Tamquam auditores, vel Tamquam Syn-
dici, vel Tamquam aduocatores non possent se intromittere
de causis inappellabilibus, nec de sententijs latis
de Consilio Sapientis, Tamen Auditores ipsi videntes
non posse intromittere sententiam latam de Con-
silio Sapientis, intromittunt actum, per quem
Rector, vel potestas committit aliquam causam
Consilio Sapientis, siue publicationem sententie
vel apperitionem Consilij, siue preceptum ad com-
mittendam causam, ex quo sequitur Talis actus,
postea per Consilium incidatur, id fit cum seque-
tis vel dependentijs, et per consequens sententia
de Consilio Sapientis lata nullum sortitur effectum,
nec sententia ipsa potest habere suam exequutionem,
et similiter facta vna sententia de Consilio Sa-
pientis videntes se non posse obtinere, aut saltem
dubitantes, quod non fient due sententie conformes,

appellant a secunda Commissione facta per potestatem ad
auditores prefatos, ita quod finis videri non potest in
litibus, et per tales indirectos modos privilegia et
statuta concessa Civitatibus, et decreta Consilii
nostri decem non veniunt habere locum, et propterea
supplicaverunt taliter provideri, quod cessare habeant
huiusmodi modi dispendiosi, et alieni ab intentione or-
dinum predictorum captorum in prefato Consilio nostro decem,
quare et prefata fidelissima patria nostra restet
in iustitia huiusmodi petitionis bene contenta, et sa-
tisfacta ob meritum inconcusse fidei sue cum prefato Con-
silio nostro decem sub die r q. instantis deliberavimus
et providimus, quod de cetero dicti Auditores, vel tam
Auditores, vel tam Syndici, vel tam Advocatores
non possint se impedire, nec admittere aliquam ap-
pellationem tam ab aliqua terminatione, seu pro-
nuntia, que fieret per Rectores nostros, quod aliqua
causa committeretur Consilio Sapientis ab omni
et quocumque alio actu consequente ipsam Commissio-
nem, et omnis intromissio, que contra hoc fieret,
sit, et intelligatur nulla, verum si forte circa pre-
dicta, vel aliquid predictorum aliqua ex partibus liti-
gantibus iam appellasset, vel causam aliquam Con-
silio, vel collegio remisisset ob lapsum temporis trium
mensium, que non esset iam per Consilium, aut Colle-
gium expedita, nulla eis per Auditores, aut per Ca-
pita de xxx^ta presidentes Collegii Collegii Audientia
prestatur, sed talis appellatio, seu remissio sit ipso
iure nulla, et habeatur proinde ac si numquam inter-
posita fuisset, et presens ordo se se extendat etiam ad

omnes alias Civitates nostras, salvis tamen et reservatis statutis et ordinibus Civitatum loquentibus super causis ecclesiarum, pupillorum, et miserabilium personarum, executio vero et observantia suprascripti ordinis commissa est Capitibus Consilij nostri decem Has autem nostras in actis Cancellarie vestre ad futuram memoriam registrari facite, et registratas presentanti restituite. Datum in nostro Ducali palatio Die .xxvj. octobris, Indictione Sexta M°. cccccij.
Recepte Die ultimo octobris.

In favorem ementium bona ad incantum M°. ccc°. xlvj. die. vij. maij In rogatis extracta e libro p°. rogatorum p. Terrarum ac. 190.

Quum ad Cameras Terrarum nostrarum sint quamplures debitores nostri Dominij in magna pecuniarum summa pro datijs superioris temporis habentibus diversis modis, qui solvere non curant, nec umquam solvent, nisi opportune provideatur, et sint ex ipsis debitoribus habentibus possessiones, que satisfacere possent nostro Dominio, sed illas sub diversis protestibus obligarunt per modum, quod etiam quando intromisse sunt et vendite per Cameras nostras, tamen tales venditiones diversis modis, et vijs impediuntur, et retractantur, et hoc modo numquam solvuntur nostro Dominio, sitque necessarium super hoc facere provisionem. Vadit pars, quod illi, qui de cetero ement a Cameris Terrarum nostrarum aliquas possessiones, et bona, et tales

venditiones intromitterentur, sive inciderentur per officium advocatorum nostri Communis, vel Auditorum Sententiarum, seu aliquod aliud officium, quod primo emptores prefatarum possessionum, et bonorum venditorum habere debeant precium sive precia, quibus Tales possessiones et bona emissent, et expensas, sive melioramenta que in ipsis bonis, aut possessionibus fecisset, antequam extrahantur et priventur possessione dictorum bonorum et possessionum, sicut est Conveniens, et honestum, et presens pars revocari non possit, suspendi, vel aliter declarari sub pena ducatorum quingentorum pro quolibet ponente, vel consentiente parti in Contrarium. Declaretur insuper, quod Rectores Terrarum nostrarum nihil habere debeant occasione venditionum suprascriptarum etc.

Circa Bona vendita pro Creditis Serenissimi Dominij pars in maiori consilio 1474 die 5 decembris

Cautum est per nostras Leges, ut ab Homine, qui ab Cameris, et officijs nostris aliquam possessionem intus vel foris emat, possessio aut alia res vendita e manibus eius aliqua incisione vel actu extrahi, privarique ea, nisi primo pecunie exbursate fuerint cum integritate restitute, de possessionibus, et bonis, que per supra gastaldiones sub nomine Serenissimi Dominij Ducis venduntur, facta est aliquando dubitatio, et per

Consilia in utrumque modum declaratum, et propterea ad remouendam in posterum omnem dubitationem, et pro seruanda dignitate nostri Dominij in personam Serenissimi Domini Ducis repraesentantis.

Additum sit Capitulum xi. prouisionis correctum et declaratum, quod ementes ab officio supragastaldionum seruatis ordinibus Terrae sicut ad illam eamdem conditionem, ad quam per leges nostras sunt illi, qui sunt ab officijs et Cameris nostris, et si res, quas emerint, cuiuscumque illae fuerint conditionis, et qualitatis e manibus ementium aliqua ratione, forma, vel ingenio modo extrahi non possint, vel debeant, nisi cum integritate emptoribus supradictis prius fuerint restitutae pecuniae, quas pro precio, et causa dictarum rerum emptarum tam in prima, quam in melioramentis postea factis exbursauerint, sicut etiam maximopere honestum et aequum, et illi, in quos pecuniae peruenissent, compellantur ad effectualem exbursationem earum per omnem viam, et modum, verum declaretur, quod antequam veniatur ad venditionem alicuius possessionis de foris, fieri debeat proclamatio tam Venetijs, quam in loco ubi sita fuerit possessio, et ratificari venditio de ea fienda per dies octo, antequam vendantur, ut omnibus detur facultas seu commoditas ostendendi ius seu iura, quod, et quae in eis haberent, saluis semper legibus loquentibus in fauorem ecclesiarum, pupillorum et Domi. reseruationi, Item unusquisque in cuius manus

pecunie ex revenditis extractę pervenerunt fuerint, obligetur primo qui pecunias ab officio accipiat, prestare bonam fideiussionem per unum saltem dominum de restitutione ipsarum pecuniarum, casu quo fuerint aliqua ratione restituende. etc.

Quod Consors possit vendicare rem ab emptore

Quoniam multę lites ortę sunt, et quottidie oriuntur propter Constitutionem de agnatis et vicinis ideo volentes dictas lites abolere Statuimus, et ordinamus, quod de cetero quilibet possit libere emere vel in solutum accipere a quacumque persona immobilia in Terra Veruli existentia, nec teneantur ea bona vendere, vel in solutum dare alicui agnato, vel vicino vigore Constitutiones patrię sub Rubrica de agnatis et vicinis, immo dictam Constitutionem Veruli et in bonis existentibus in hac Terra Veruli Cassamus, et annullamus, et volumus esse nullius valoris, et efficatię, hoc Tamen excepto, quod si essent duo, vel plures agnati, vel Consortes, qui haberent unam Domum communem, quod si unus ex dictis agnatis vel Consortibus vendiderit, vel in solutum dederit partem suam dictę Domus alicui extraneo, vel non habenti partem in dicta Domo, possit eam petere, et redimere eodem precio, quo empta est per illum, qui eam

emit, vel in solutum accepit, et hoc ne scandala fiat inter dictos agnatos, et consortes, et habeat locum presens arbitramentum etiam in bonis immobilibus, que venduntur ad incantum super plathea communis utini existentibus in Terra utini, et si quis Contra fecerit huic statuto Cadat ad penam .xxv. ducatorum, Cuius Tertia pars sit Dni Capitanei Terre utini, Tertia Communis utini, et Tertia eius Contra quem fieret, et nihilominus presens ordinamentum habeat roboris firmitatem, et hoc statutum, seu ordinamentum habeat locum in contractibus fiendis et factis, in quibus hucusque nulla lis, vel questio mota est, in quibus nolumus aliquid fieri debere sub pena predicta nisi usque ad dies decem ex die proclamationis facte, quibus Transactis nullo modo volumus audiri debere sub pena predicta, 1458. in Cancellaria in libro litterarum Magnifici Dni Thome Dodo,

Confirmatio autem predicti ordinamenti facta per Serenissimum Ducale Dnium fuit facta Die penultimo Augusti, indictione 4ta. 1441. et littere ipse recepte, et registrate 5to. Sept. 1441. ...

~ Super Compromisso more Veneto ~

IN Consilio XLta. Civili Super remissione ad id facta vigore legis introducte eo modo Dno francisco de Tulmetio Doctori advocato Dni Baptiste del

Torso ibi presentis cum Dno Aloisio de Noals, Dno petro de Sonica Doctis eius advocatis ex una appellante, presente ex altera q paulo Tursio cum Dnis henrico Antonio de Sodes, venerio de Falis, et Cornelio de Feltro Doctoribus cum viro Nobili Dno Joanne delphino eius advocato, posita fuit pars per Dnum q.to juramento etc. qd iste actus factus per virum Nobilem Dnum leonardum Emo locumtenens patrie fori Julij in favorem Dnj paulj del Tursio, et contra Dnum Baptistam Tursium, quo admisit oppositiones dicti Dnj paulj contra sententiam sive laudum factum per Dnum Joannem franciscum de Strojavaccha arbitrum inter dictas partes more veneto, et latius in eo actu continetur, ad quem relatio habeatur, Tamquam male et indebite factus contra jus et justitiam in damnum, et prejudicium dicti Dnj Baptiste appellantis, incidatur et annulletur cum suis omnibus sequutis, explis, et dependentijs, partibus revertentibus in pristinum statum, et Datis ballotis in ipso consilio 36. fuerunt

Q. incidat	0	0	q ones fuerunt non sincere nil captum fuit in ipso p.o consilio
Q. sit Bona	0	0	
Non sincere	36	36	

Postea Die primo Junij in eodem Consilio partibus quibus sup. et addito D. Matheo d fino pro pte appellante, et post disputata cam posita eadem parte q.to jur.to et datis ballottis 35. quia fuerunt.

Q. incidatur	6	17	Nil captum fuit in ipso secundo Consilio.
Q. sit Bona	0	1	
Non sincere	19	22	

(58)

Demum Die 2 junij suprascripti in eodem Consilio presentibus quibus supra pro parte appellante absente pte appellata, sed incidente voluntarie ut in notat. officij posita eadem parte &c. jur.to et datis ballottis 35 fuerunt,

Q incidatur	33	Capta fuit pars suprascripta et sic dicta Sntia remansit incisa.
Q sit bona	0	
Non syncere	2	

Q antiqui coloni no molestetur

Sp.lis et Egregie vir amice carissime Auditis in contradictorio judicio coram Nobis Joanne Thomasinj de Cargna nominibus quibus intervenit ex una, ac venerabilibus Dnis fratre Christophoro dela michelutta, ac presbytero Christophoro mansionario Nuncijs Capituli Ven.lium Dnor Canonicor Civitatis Austrie parte ex altera, super asserta Antiqua possessione unius mansi positi in pertinentijs ville jllezio Carnee districtus Tulmetij, quem Capitulum ipsum quesivit Tollere de manibus ipsius Joannis et suor mediante livellatione de eodem manso facta Leonardo Job habitante in dicta villa de jllezio de Anno 1463 Die 6 mensis julij &c et visis Scripturis Cathastici predicti . . . et instrumentis, ac probationibus et Cognoscentes Authores ipsius Joannis a Tempore, quo non est hominum memoria in Contrarium possedisse, et Tenuisse pacifice dictum Mansum sub Annualli

pensione debita ipsi Capitulj, et Consequenter ipsum Joannem
esse in legittima possessione predicta, et propter pro observa-
tione legis Illustrissimj ducalis Dominij nostrj diej 12 no-
uembris 1451 disponentis quod siquis possederit per Annos
quinquaginta Continuos, et soluerit vnam pensionem
vniformem, intelligatur, quod Talis persona soluerit
jure liuellj, et sic possit, et debeat inuestri vti liuellarius
v. s. ex Auctoritate nostrj magistratus requirimus
quattenus . . . etiam diximus patibus ipsis, ha-
beatis dictum instrumentum cum omnibus sequutis
pro nullo, ac si factum non fuisset, Conseruando ipsum
joannem et suos in possessione dictj mansi, restituj faci-
endo eidem, siquid sibj vel suis acceptum fuisset
vigore dicte noue liuellationis 1461 firmam sibj
Tenendo possessionem per ipsum Capitulum, et success
philippo Thomasinj et fratribus fact in 1450 16 Au-
gusti manu q Antonij Janesi notarij publicj, Quum
Authores ipsius Joannis supra quinquagesimum
Annum et longe plus intelligatur fuisse in possessione
mansi predictj.

Alouisius Landus
Thomas Triuisanus
Antonius Cirtinj eques

Aduocatores
Cois Venet

A Tergo) Spectabilj et Egregio viro Domino Joannj &mo
hon. patrie forijulij Locumtenentj Amico Ca-
rissimo, et Successoribus.

Tenor Textus legis

Ille Colonus, qui Tenuit fundum spatio xxx.ta Annorum Censetur emphiteota nec potest expelli etiam si sit fundus ecclesie vel Templorum. L. Ius emphiteotici. et L. fi. C. de fundis patrimonialibus et not. Glo. in. L. ij. super verbo repellere in fine. C. de Iure emphitheotico: — Item per Consilium Domini francisci de Cararia. 121. 17. Notabilis:

De Banitis ad Inquirendum

Andreas Griti Dei Gratia Dux venetiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris Andree foscolo de suo Mandato patrie forijulij locumtenenti, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum, Significamus vobis, quod heri in Consilio nostro Rogatorum Capta fuit pars Tenoris infrascripti videlicet fo deliberato in questo Conseglio de xxvi. marzo. proxime passato sotto honesto velame de la parte de di xxv. nouembrio. 1504. disponente de li banditi ad inquirendum non se presentando in Termine de mesi. 16. dapoi finiti li regimenti de quelli de liquali fosseno sta Condemnati, se hauesseno per Confessi, et ut in ea sit reuocata, et nulla per quanto aspetta ali homicidij puri, et altri casi simplici, circa liquali se debbia obseruare quello che auanti se obseruaua, ma li effetti de Tal deliberation a producto et produse, somme Catiuj, et del

Tutto contrarijssi alla justitia, como al honor del stato nro;
perche molti banniti ad inquirendum haueomo intelli-
gentia cum li altri banniti per casi simili, et ma-
zori, che li hanno dato danarij, se hanno fatto prender da
quelli essendo certi de aiutarsi cum diversi mezi, et
sono sta absolti, si li captori per hauerli presentadi, como
etiam li dicti presi, et seguudj, Anchora seguitano
de questi inconuenientj et disordenj, che sonno de
pessima qualita, se non li sia provisto, come e ne-
cessario far, et essendo oltra di cio data a tutti similj
banditi ad inquirendum occasion de differir la pre-
sentation sua a quello tempo, che li par piu congruo
et al proposito suo de esser cum li modj, che ben sano
trouar, absoluti senza pena, benche siano in colpa
cum displicentia del nostro signor dio, offension dela
justitia, et dishonor del stato nostro, et perho landara
la parte, che per authorita de questo conseglio
sia revocata la parte de 21. proxime passato,
et la dicta de 25. octubrio del 1504. sia retornata
in suo pristino vigor, siche la sia et debba esser
observata, et hauer exequution juxta la sua
continentia, et doue la dice, che li banditj ad
inquirendum habbiano termine de apresentarsj
de mesi sedese dapoi finitj li rezimentj de quellj
rectorj, che li habbia condamnatj, se intendj de
cetero esser termine de anni doi cum additione del

infrascripto capitulo ultimo dela prefata parte de 21 mazo, zoe che in le denuntie, et querelle che saranno date alli Rectori nostri contra alcuni, contra liquali non fosseno probatione, o judicij, quelli tali non siano proclamati ne si debbiano proclamar quelli, contra liquali fusseno probation, o judicij, per lequal probation, over judicij apparesse alli dicti Rectori nostri dover li proclamar, et questa parte sia mandata alli Rectori nostri aciò la faciano publicar, et observar, quare auctoritate supra scripta mandamus vobis, ut suprascriptam partem et contenta in ea observetis, et ab omnibus inviolabiliter observari faciatis, et ad successor. memoria registrari, Dat. in nostro Ducali Palatio Die 19 Julij inditione duodecima 1524.

~ Circa fabricatione in aquis pub.cis ~

Joannes Mocenicus Dei Gratia Dux venet. etc. Nob. et Sapienti viro Luce Mauro de suo mandato locumtenenti patrie forijulij et successoribus suis Dilectis salutem et dilectionis affectum, Denotamus vobis quod per nos et consilium nostrum decem firmatum et statutum est neminem posse in aquis nostris publicis aliquid laborare, aut aliquid occupare sine nostra et dicti consilij nostri licentia, et propterea inhibemus vobis, quod non concedatis, aut permittatis, quod in aquis publicis vestro Regimini suppositis aliquis aliquid occupet, aut removeat absque licentia nostra, quoniam omnis, qui id concesserit, cadat

de duc. 500 · exigendis per capita dicti Consilij, et faciatis hoc mandatum Registrari ad futuram memoriam ·
Dat. Die ultimo Maij · 1483 · Reg.te die 16 · maij 1483 ·

In Christi Nomine, Amen, Anno ab eiusdem Nativitate · 1492 · Indictione X.ma Die Jovis prima Martij, Actum Utini in Camera Residentiæ Mag.ci Dnj Locumt. presentibus Spectabili Doctore Dno Jacobo de Castello, Thoma Janniano, Nicolao albanense caballario Testibus vocatis et rogatis, Mag.cus et Clarissimus Dnus paulus Barbo Dignissimus Locumtenens patriæ forijulij per illustrissimum Ducale Dominium venet. licentia Concessit Dno Joanni de verona vicemarescalcho edificari, et construj faciendj unum Molendinum et alia edificia in flumine Isontij iuxta villam Drampse et Isontium in loco dicto Sicrota ad beneficium et utilitatem Communem, et presertim loci de Gradisca, domde iure livelli perpetualis Nobilis et Antiqui ad renovandum in Capite · 29 · Annorum per se et successores, et vice et nomine Ill.mi Ducalis Dominij nostri venet. omni meliori modo, via iure, et forma, quibus magis, et melius fieri potest, investivit eundem Joannem ibidem Coram sese flexis Genibus Constitutum humiliter petente et devote suscipientem pro se, et heredibus suis, et nomine eorum, cuius ius suum dare, et Concedere voluerit, de dicto molendino, et edificijs Construendis per impositionem Anulli in digito illius, ita quod possit id deinceps edificarj, et construj facere, et illo

ctj et macinarj facere, et de jllis edificijs per jllum faciendis omnem suam voluntatem, et utilitatem salvo semper jure jllustrissimj ducalis Dominij venetj, et semper ad beneplacitum jllius, ejusque livelli fauorem dictus q Joannes promisit per se, et heredes suos antedicto Mag.co Dno locumt.e stipulanti nomine jllustrissimj Dominij Venetiar. annuatim de regalia soluere Camere Comitis Marij starium unum frumenti temporibus debitis sub obligatione omnium suor. bonor. presentium et futuror. etc. Ex Cancellaria Vtinj.

IN christi Nomine, amen, Anno Natiuitatis eiusdem 1492 · jndictione decima · Die martis xiiij · Mensis Maij, super Salla superiorj palatij Residentie jnfrascripti Clarissimj Dnj locumt.e jn Castro Vtinj presentibus Nobilj viro Dno Tristano q. Dnj pagani de Sauorgnano, et Joanne de verona vicemarescalco patrie Testibus vocatis et rogatis, et alijs, Coram Magnifico et Clarissimo Dno hieronymo vendramino dignissimo locumtenente patrie forijulij pro jllustrimo et Excellentissimo Ducalj Dominio venet. comparuit leonardus dela Jognana de prato Casa nomine suo, et Beltrandj q. leonardj Sylvestrj de Sauorgnano et fratris, exponens, qd cum jpse Conduxerit ad liuellum a Communj de Sauorgnano certu terrenum jn pertinentijs Sauorgnanj, et jurisdict. Nobilium de Sauorgnano, super quo habiliter Construj potest, et construere facere jntendit unum edificiu molendinj, Dignetur Mag.ia sua sibj locare postam

dicti loci ad hoc et iuridice dictum edificium construere posset: qui Mag.cus Dnus Locumt. intellecta huiusmodi petitione volens quantum licet utilitati et et comodo subditorum assentire omni meliori modo, via, iure, et forma, quibus melius potuit et debuit de iure dedit, concessit, et locauit iure simplicis locationis antedicto leonardo dela Tognana ibi presenti stipulanti, et recipienti pro se, et suis heredibus, ac nomine suprascripti Beltrandi sui fratris et eorum heredum unam postam molendini super Rugia Sauorgnani positam in dictis pertinentiis et iurisditione apud viam communis, apud domum florini, et apud suprascriptos Beltrandum et fratrem ea ratione ut deinceps iure affictus possit dictam postam habitare, tenere, et frui, et circa ea omnem utilitatem, et voluntatem facere tanquam de re sibi locata sine molestia, et contradictione alicuius persone, cum omnibus et singulis iuribus, iurisdit., honoribus et oneribus, adiacentiis, commoditatibus, et pertinentiis debitis, et consuetis, et quoquomodo dicte poste spectantibus et pertinentibus, ad cuius locationis fauorem antedictus leonardus nominibus quibus supra pro se, et eorum heredibus promisit antedicto Magnifico Dno locumtenenti presenti et recipienti pro se, et suis successoribus, ac Illustrissimi Domini nostri dictam postam meliorare, et non peiorare, et omni anno dare ~~et~~, soluere, et respondere ipsi Mag.co Dno Locumt. et eius successoribus, qui pro tempore fuerint, ad festum Natiuitatis Dni nostri

Jesu Christi omnium bonum par perdicum, Dicens ipse Dnus locutenens se nulli alij dictam postam locasse, aut dedisse, nisi de presenti eidem Leonardo nominibus, quibus supra pro affictu supra scripto, et litem nullam mouere, aut moueri consentire, jmmo legittime defendere ab omnibus et contra omnes, quam locationem et omnia, et singula jn presenti jnstrumento contenta antedictus Dnus locumtenens per se, et eius successores, ac nomine jllustrissimj Dominij nostrj ~~pro~~ vna, ac dictus Leonardus nominibus ex altera mutuis stipulationibus hinc inde jnteruenientibus promiserunt attendere, et obseruare, et non contrafacere, vel venire de jure, vel de facto sub pena dupli valoris, et damnorum omnium, jnteresse, et expensarum litis et extra, qua pena soluta vel non nihilominus omnia et singula predicta jn suo robore permaneat, pro quibus et singulis plenius attendendis et obseruandis antedictus Leonardus faciens quo supra nomine obligauit omnia sua bona mobilia et jmmobilia presentia et futura, saluis semper juribus cuiuscumque persone etc. Ex Cancellaria etc.

JN Christi Nomine, Amen. Anno ab jpsius Natiuitate 1503 jndictione sexta, Die ultimo julij, Actum jn Castro Vtini jn Camera Audientie, presentibus Spectabili Doctore Dno Francisco de Strassoldo, Nobili q Georgio de Georgijs de Brazaccho Testibus vocatis et rogatis. Ibique Magnificus et Clarissimus Dnus Baldassar Trivisanus pro jllustrissimo et ex.mo Duc. Do. Venet. patrie Forijulij locumtenens Generalis vice et nomine jll.mi

Ducalis Dominij Venet. antedicti sic instante Simone
q. Antonij Citarij de butasio considerato primum, quod etiam
flumina, et aque spectant Ill.mo Do. Venet., eidem Si-
moni pro se, suisque filijs, et heredibus licentiam con-
tulit de novo construendi et fabricandi unum molendinum
super aqua appellata Rocha inter nobulam et Cruso
et edilem dictum viriza jacusti Civitat. Austrie,
eamque rem valere necessariam ad beneficium, et com-
modum incolar., Cum hoc quod annuatim tempore existent.
solvere unum par perdicum jure affictus simplicis, cum
hoc quod Teneatur primo, et ante omnia esse in concordio
cum Dno fundi, super quo fundat sedimen dicti mo-
lendini, et situare dictum molendinum, imponens digito
ipsius Simonis in signum vere investiture Annulu
unum aureum, salvo semper jure prelibati Illustrissimi
Dominij Venet., et quarcumque personar., et commisit
illi publicum fieri privilegium sub fide sigilli maioris
Sancti Marci Roboratum etc. Ex cancellaria etc.

IN christi Nomine Amen, Anno Nativitatis eiusdem .1504.
Indictione septima, Die mercurij XXV. Mensis Sep-
tembris. Coram Mag.co et Clarissimo Dno Antonio Saluo
pro Illustrissimo et Ex.mo Ducali Dnio nostro Venet. patrie
forijulij locumt. dignissimo sedente in Castro utini in
Camera audientie comparuit Magr Dominicus Co-
melli draperius de utino, et habitans Gradisce et no-
mine suo, et nicolaj de Aretinis de Spilimbergo not.
supplicavit, ut sua Mag.cia dignaretur pro Comodo et

beneficio habitantium Citadelli Gradisce, et in villis cir-
cum stantibus, ipse Nicolaus possint extrahere aqua[m]
pro una rugia ex flumine Isontij subtus ecclesia[m]
ville Mayne, et illam conducere per antiquum alveu[m]
et Grauam fellotti, et per loca commodata usque subtus
villam farre suis proprijs sumptibus et expensis, et
super ipsa rugia construere, et construi facere
molendina, et alia edificia pro bono et commodo
dictorum habitantium, que quidem res cedit etiam
ad beneficium Illustrissimi Dominij, et obtulit se solu-
turum Camere fiscali Utini singulis annis ducat-
-um unum quando fuerit constructum molendinum
qua quidem honesta petitione, et supplicatione in-
tellecta, et consyderatis premissis et alijs prefatus
Clarissimus Dominus Locumtenens dictum Dominicum no-
mine quo supra sic supplicantem et acceptantem
pro se, et successoribus suis iure feudi investivit de
iure, et facultate extrahendi dictam aquam, et du-
cere ut supra, et super edificare molendinu[m]
et alia edificia, et super ipsa aqua, et rugia
per ipsos facienda nullus possit fabricare sine li-
centia dicti Dominici et Nicolai cum obligatione sol-
vendi Camere Utini annuatim ducatum unum, et
primus annus quo solvere incipiat die xx°. Sep-
tembris anni proxime futuri, salvo tamen iure
Illustrissimi Dominij et cuiuscumque persone, et hec
Acta ut supra, presentibus Domino Joanne baptista de

ponte antedicti Clarissimi Dni Locumt. Secretario, et S. Thoma Taureano Testibus etc. ex Cancellaria etc.

~ Q. judices comunis debeant sententiare et super loco decidere questiones etc. ~

Item q. possint, valeant, et debeant sententiare et super loco decidere questiones quomodocumque et qualitercumque oriundas de finibus regimdorum, Sez. Androname, Seglariorum, Stillicidiorum, Confinium, divisionum, possessionum, et aliarum quarumcumque ad similia spectantium et pertinentium cum Consilio bonorum virorum dicte Terre vinii, et secundum eorum bonam opionem, et rectam Conscientiam non ducendo ipsas questiones per frustatorias dilationes per eorum vel maioris partis ipsorum sententiam diffiniri, et sententiari.

~ Q. quilibet possit laborare super muro vicini etc. ~

STatutum fuit, q. si aliquis voluerit in vetino edificare, vel laborare super muro vicini sui, q. possit non obstante Contradictione predicti vicini, dummodo solvat medietatem muri, prout estimabitur per judices Terre vinii, etiam si laborans offuscaret lumen eiusdem sui vicini.

Millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, Die nona octobris, in Camino palatii Communis Coram Mag.co et

Clarissimo Dno Locumt. et reduxerunt, et congregauerunt omnes suprascripti xxvij. exceptis Dno Jacobino et hieronymo de hectoreis, et Nicolao del Torso, vbi multis et varijs allegationibus allegatis, et multis disputatis, Tandem per maiorem partem determinatum, et declaratum fuit, quod Statutum sub Rubrica quod quilibet possit laborare super muro vicini sui, Remaneat, et habeat locum quantum ad latera, seu bandas offuscandi et etiam obturandi lumen, Cum hac declaratione tamen quod a parte posteriori domorum si murus non erit communis, quod non possit edificari super domum vicini contra voluntatem suam nisi per distantiam duorum pedum [illegible] inter vnum murum et alium, que Callisella intelligatur, et sit edificantis de nouo, cuius erat Territorium a principio, et hoc habeat locum etiam in differentijs pendentibus etiam per appellationem solutis Tamen expensis factis in lite, et edificio legittimis. quibus omnibus Magnificus Dominus Locumtenens Antedictus sic instantibus multis suam interposuit Auctoritatem et Decretum.

De nō ualētib. ressignare rē linellatā si fuerit deteriorata culpa possidētis &c.

Item statutum et ordinatum fuit, quod si aliquis aliquam rem ad linellum, sed ad omnes linelli possederit, ac habuerit, et ipsa res effecta sit deterior culpa ipsius accipientis ad linellum, vel alicuius de domo sua non valeat reassignare domo, immo teneatur soluere

dictum livellum, donec rem melioraverit, quod sit sufficiens ad ipsum onus livelli, sed si fuerit deteriorata casu vel guerra, tunc possit ipsam rem reassignare primo seu priori Domino ipsius livelli, cum non possit aliquid ipsi livellario imputari, solvendo tamen affictus preteritos integre usque ad tempus reassignationis, cum hoc quod ille, cui reassignata fuerit ipsa res, teneatur solvere livella posterioribus, si res fuerit sufficiens ad utrumque livellum solvendum, alias non, nisi ad sufficientiam arbitrio boni viri, et si secundus vel tertius, vel deinceps voluerit reaccipere ipsam rem in se, et solvere livella precedentia, suum livellum possit et valeat priori Domino livelli recusare, et hoc habeat locum in livellis preteritis et futuris etc.

Quod Patroni domorum habitatarum per stipendiarios, non teneantur solvere livella etc.

Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris Zacharie Trivisano Doctori et militi de suo mandato locumtenenti patrie Foriiulii et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Exponi nobis fecit illa fidelis Communitas vestra, quod alias deliberavimus, et scripsimus, quod illi, qui solvunt affictus sive livella pro Domibus habitatis per stipendiarios nostros, non tenerentur solvere affictus, sive livella predicta pro tempore, quo dicti stipendiarii in illis Domibus habitarunt, et quod nunc non obstante

deliberatione, et mandato nostro modo cogantur, seu cogi volunt ad solutionem dictorum affictuum, seu livellorum, Inde vobis scribimus, et mandamus, quia si sic est, quod aliis scripserimus, et mandaverimus, sicut predicitur, eo casu non cogatis, neque permittatis illos vel aliquem eorum cogi ad solvendum affictum vel livella domorum suarum pro tempore solummodo, quo stipendiarii nostri in illis domibus habitarunt, et deliberatio nostra alias facta in ista materia habeat executionem ut per litteras nostras apparet, Dat. in nostro Ducali palatio Die .xxij. Martij, inditione prima .1453. R. Die .20. Martij .1453.)

Die vero vigesima septima mensis Maij .1501. inditione quarta, iterum venit in logia communis, presentibus ser petro de Curbellis, ser Nicolao de Tingo et alijs testibus etc. Coram Magnifico et Clarissimo Domino Alovisio Malipetro dignissimo provisore patrie sedente ad jus reddendum ordinarie una cum spectabili Domino Bonifacio bonfilio vicario suo.

Pro Ecclesia sancte Marie de Morsano cum egregio ser Simone de Lonaria notario, comparuerunt pasculus Camerarius prefate ecclesie una cum spectabili Domino Jacobo de Castello suo advocato ex una, et prefato ser Simone una cum Domino Rizardo de fonte bono ex alia, in Termino presenti, in quo prefatus Dominus Jacobus institit cassari contradictionem dicti ser Simonis cum expensis et

declarari pignorationem dicti Camerarij procedere debere pro dictis libris octo de livello debitis super Domo dicti Simonis, ut diffusius in petitione apparet, ad que respondendo Dnus Rizardus quo supra nomine petiit declarari contradictionem suam procedere, et pignorationem dicti Camerarij cassari debere cum expensis, maxime stantibus litteris Ducalibus Dominij nostri asserentibus, quod nemo teneatur solvere livella Domorum per totum tempus, quo milites habitarunt eas, quibus auditis, et multis hincinde dictis. Prelibatus Magnificus Dnus Alovisius maripetro provisor patrie declaravit, quod prefatus Simon de lovaria non teneatur solvere dicte ecclesie Sancte Marie de morsano aliqua livella pro toto tempore, quo habitabunt stradiote in dicta Domo juxta tenorem litterarum Ducalium Dnij nri veneti etc.

In favore duarum sententiarum conformium de Consilio Sapientum etc.

Franciscus foscari Dei Gratia Dux venetiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris Laurentio Donato de suo Mandato Locumtenenti patrie forijulij, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum ad informationem vestram significamus vobis, quod in M°cccc°xxxj. Die xxj. Mensis augusti ad requisitionem et instantiam illius fidelis Communitatis nostre Utini Deliberavimus et Statuimus cum nostro Consilio rogatorum, et additionis, quod quando late sunt due sententie diffinitive pro una partium ex Consilio

sapientum, et secunda est confirmatoria prime, quod ulte-
rius non possit appellari juxta continentiam et tenorem
littere alias per nos scripte dicte Communitati, Cum
hoc si forte pro una partium feretur sententia que
damnaret processum, ex qua pronunciaretur processum
nullum ex aliqua causa, vel absolveretur pars ab observa-
tione judicij, aut alia sententia, que non diffiniret ne-
gocium principale, et merita cause. Talis sententia non
computetur illis duabus sententijs latis, et in effectu,
quod dicta pars intelligatur de duabus sententijs diffi-
nitivis latis et decisorijs super negocio principali, et
non super inestitudine, vel nullitate processus, Man-
damus itaque vobis ut hanc partem, et ordinem ob-
servetis, et faciatis inviolabiliter observari. –
Datum in nostro Ducali palatio Die iiij. Mensis Martij
inditione secunda, M°cccc°xxxviiij. presentate
Die xxviiij. Maij. 1439. per Dnum Antonium de nordijs etc.

– Par excell.mi Consilij X.m –

– Lex aluarotta –

In ex.mo Consilio X.m Capta Die 1449. Cum vene-
rint ad presentiam Dominij nostri Egregij viri Dnus
Leonellus dller Miles, Dnus Franciscus de Capitibus
liste, Dnus Corradus de Montereali juris utriusque
Doctores, et Baptista de Bigolino Ambasiatores fidelis-
sime Communitatis nostre padue Supplicantes quod
dum Auditores novi Tamque Syndici Contra formam pri-
vilegij Concessi dicte Communitati Tempore felicis acqui-

vide [illegible] f° 324 [illegible] 1457 [illegible] 1440 [illegible] 1449.

sitionis illius Civitatis, et Contra Tenorem Statutorum suorum sibi Confirmatorum hucusque inviolabiliter observatorum et Contra multas partes in Consilio rogatorum, et litteras Ducales super Concessionibus factis dicte Communitati intromiserunt infinitas materias spectantes officio potestatis padue, item intromisserunt casus inappellabiles Dat in Arrengo, et inciserunt sententias Criminales de possessione turbata, et de bannis datis, item intromisserunt sententias exequutorias, et Cedulas pignoraticias, et exequutiones sententiarum, de quibus ex forma statuti non potest appellari, item intromisserunt multas sententias latas de Consilio sapientis quarum appellatio spectat Consilio sapientis, item intromisserunt sententias Compromissarias, a quibus non potest appellari ex forma statuti, sed debent deduci ad Arbitrium boni viri, item intromisserunt Causas, que habuerunt duas sententias Conformes, à quibus per Mandatum expressum Consilij rogatorum appellari non potest, item intromisserunt Causas, que transiverunt in rem iudicatam, à quibus appellari non potest sine speciali Gratia Dominij, item intromisserunt massarios, et officiales Communitatis padue, quorum malefacta per sapientes, et sindicos Communitatis padue iudicari debent, et ad potestatem postea appellatio devolvi, sicut in statutis padue et litteris Ducalibus continetur, item intromisserunt officiales super focis, qui per Commissionem.

potestatis et Capitanei fecerunt officium; Item intromisserunt officiales Camere pignora, quorum punitio spectat ad potestatem; Item intromisserunt officiales fallitores ab exercitu; Item intromisserunt sententias vicariorum villarum quarum appellatio spectat ad potestatem; Item in diminutione jurisditionis potestatis padue fecerunt se in padua judices ordinarios in prima causa; Item intromisserunt instrumenta venditionum allegando ea esse facta infra dimidiam justi precij; Item in causa criminali fecerunt se judices; nam intromisserunt testamenta de more etc. De quibus per potestatem numquam factum fuit aliquod judicium; Item tamquam potestates fecerunt se judices ordinarios in padua faciendo sententias, dicendo Condemnamus etc. et postea illas sententias revocaverunt; Item intromisserunt Statuta super villanis, qui volendo esse Cives edificaverunt Domos in Burgo Civitatis, quod verum est, et confirmatum est per consilium in 1483 et alia similia intromisserunt; et fecerunt contra dictas Concessiones et Statuta et privilegium Civitatis padue Dignaretur auctoritate Consilii etc. ad quod spectat observari facere premissa Communitati providere quod suum privilegium et pacta sibi promissa serventur, sicut semper fuit, et est intentio Terre. Auditis Ser Auditoribus oretenus et in scriptis super istis causis, et visis Statutis, et privilegijs padue, necnon partibus captis in Consilijs et

aliis litteris ducalibus, atque etiam concessionibus dicte com-
munitati. Clare cognoscitur, quod omnia supra scripta
facta et intromissa per dictos auditores de iure, et
forma privilegii padue, et statutorum, et partium cap-
tarum in consilio rogatorum, ad solum potestatem padue pro
spectant, et postea ordinis et creationis officii audi-
torum, ad ipsos auditores appellatio convolvitur, in
prefato consilio decem deliberatum fuit, quod omnia sup-
scripta facta, et intromissa, et executa quomodocumque
atque etiam incisa per consilia contra formam privi-
legiorum et statutorum padue per dictos auditores, aut
tamquam sindicos, aut tamquam advocatores in tali officio re-
vocentur, retractentur, et reducantur in statu
quo erant, antequam dicti auditores intromisissent, vel
incidissent, et denarii, qui de camera nostri commu-
nis pro talibus suis actibus accepti fuissent, resti-
tuantur camere communis, et de cetero de predictis
vel similibus, que essent contra privilegia vel
statuta, vel concessiones communitatis padue dicti
auditores non debeant se impedire, nisi habeant ma-
datum a dominio pro aliquo criminali casu specifi-
catu, qui videretur committendus potius sindicis
quam potestati, et cum dicto consilio decem per do-
minium mandatum fuit per litteras potestati pre-
senti, et successoribus, quod sub pena ducatorum
centum in suis propriis bonis exigenda per advoca-
tores communis supradictos in his rebus, que spec-
tant, aut spectare possint ad suum iudicium, non

obstantibus his, que fecerint Syndici predicti, ministret jus jus secundum formam Statutorum padue, Consuetudinum et Concessionum Dominij etc.

Ceterum quia Casus Domini Ludovici de val de Zocho per Consilium rogatorum fuit expeditus, de eo non fiat mentio, Sed remaneat firmus, quo per absentiam fuit condemnatus, judicio similiter casus quondam Danielis foscareno veneti, qui ad Consilium Sapientis missus erat, firma remaneat, que omnia suprascripta Diximus Ambasiatoribus predictis pro ratione petitionum suarum etc.

IN super quia Deputati ad utilia padue assummentes sibi maiorem libertatem, quam per Statuta et Concessiones nostras sibi attributa sit, quoniam Sententias Nobilium virorum quondam luce Trono, et quondam Hadalini Contareno potestatum padue sedendo pro Tribunali revocaverunt in effectu, licet in scriptis per alia verba pronunciet, et confirmaverunt Sententiam potestatis Campi Sancti petri, sicut patet per sententiam lectam huic Consilio mandando, quod dicta Sententia mittatur exequutioni.

Item quod Dominus Alvarottus Iomaz Sapiens electus in suo Consilio, quod dat in Scriptis, licet videatur, quod pro Consilio dicat, Tamen in effectu revocat dictum potestatis in uno puncto, ubi Dicit, quod potestas non poterat poni facere unum in Carceribus, quem ipse potestas poni fecerat aut cogere eum dare securitatem, sicut patet per Scripturas lectas huic Consilio.

Item cum officiales super estimis et forisi, alij officiales, qui elliguntur per Rectores, quibus datur aucto-

ritas Carcerandi homines disobedientes, Scribi fecerunt in libris carcerum quod per ipsos officiales Talis homo Carceratus est, et non dicat de licentia Rectorum, attento quod Talis forme verborum in tribus casibus Scriptum non conueniat Subditis nostris, nec etiam Talis authoritas sibi permittenda est, qua spectat ad Statum, ex nunc Sit cassum, quod illa sententia deputatorum ad vtilia, per quam in effectu annullantur Sententie dictorum duorum potestatum, et Confirmatur Sententia potestatis Campi Sancti petri, incidatur, nec obseruetur, quia Tale judicium ad illos deputatos nec Spectat, nec per Sua Statuta Talis libertas attribuitur, nec intendimus, quod attribuatur ullo modo, Sed Tamen illa sit in Termino, in quo erat antequam dicti Deputati Talem Suum actum pronunciarent etc.

De Consilio autem Domini Aluarotti in illo puncto Tantum in quo Consuluit, quod potestas non poterat illum hominem Carcerari facere, nec dare Sententiam, Cancelletur illud verbum et punctum Tantum, quia volumus, quod dicti Sapientes, vel deputati ad vtilia quocumque titulo, vel auctoritate, vel sensu fungantur, non habeant vllo Tempore de vllo Casu aliquam auctoritatem, vel Sensum, quo possint, vel habeat aliquam Sententiam, vel Terminationem potestatis, vel aliquem actum etiam minimi valoris, que potestas in Scriptis, vel oretenus fecisset reuocare, vel infringere, vel confirmare vllo modo, vel vlla ratione, nec in Sententijs, vel alijs actibus

ipsorum sapientum, et Deputatorum ad utilia, vel aliorum
officialium de cetero dicatur, quod habeat Tribunale
quoniam illud verbum Tribunale convenit soli po-
testati, sed dicatur ad solitum Banchum sui iuris etc.
Item Officiales Deputati per Rectores padue non
possint facere carcerem, nec extrahere de carce-
ribus sine licentia Rectorum, et debeant semper
dicere et scribi facere, quod predicti carcerati sint
ad requisitionem dominorum Rectorum padue, et non pro
sua propria auctoritate, et omnes scripture, que
nunc reperiuntur, que dicant [redacted] de voluntate
ipsorum officialium, cancellari debeant, et de cetero
dicatur de licentia habita a dominis rectoribus, et quod
sint ad requisitionem Rectorum, et Mandetur Recto-
ribus padue quod sub debito sacramenti debeant
observare predicta, et facere observari formas
predictas, et non consentire quod dicti Sapientes vel
deputati ad utilia, vel officiales aut opera, aut
verbis assummant sibi maiorem libertatem, et aucto-
ritatem, quam sibi concessa est per statuta sua, sed
secundum libertatem statutorum suorum se regat,
et non ultra, nec faciant similia suprascriptis,
quia non habent in se honestatem, vel conve-
nientiam, nisi per Rectores aliquid in specie com-
mitteretur, et si quem ipsorum officialium, vel depu-
tatorum vel sapientum invenerint contrafacere,
debeant illos punire pecunialiter, et corpora-
liter, sicut casus, et conditio persone requirit, et

primare eum, qui nunquam possit esse ad utilia etc.

Quod ab omnibus sententijs et actis tam in Arengo, quam non, de quibus Rectores habeant partem, liceat unicuique appellare

Quod ab omnibus sententijs et actibus ab annis quinque citra latis, et de cetero fiendis tam in Arengo, quam non de quibus Rectores nostri habeant aliquam partem, non intelligendo penas, ad quas cadunt non solventes ad tempus, liceat unicuique absque alia licentia huius Consilij se appellare ad Advocatores, et auditores, vel Syndicos, quorum officio appellatio pertinebit, qui audire omnes debeant et procedere secundum libertatem, quam habent vigore sui officij, et hic ordo scribatur in Capitularibus suis, et ~~non~~ debeant observare, manentibus alijs contentis in parte 1449. firmis, sicut jacent, etc.

De sententijs criminalibus contra absentes non audiendis

.1482. Die. 24. martij in Maiori Consilio pro evitandis, et Corrigendis multis inconvenientibus que quottidie occurrunt in Civitatibus et nostris nostris ob intromissiones, que fiunt quottidie per Advocatores Communis, et Syndicos nostros de-

sententijs Criminalibus, que fiunt per Rectores
nostros contra absentes et legittime citatos
ob scelera, et malefitia per eos commissa, et
perpetrata, quj propter timorem pene comparere
non audent expectando, et dilatando donec Recto-
res, quj contra eos processerunt, compleant, et ex-
eant ex ipsis regiminibus, et postea à syndicis
nostris habito saluo conductu eunt licentiose in
ipsis locis vbi bannitj, et electj fuerunt cum illorum
fidelium nostrorum murmuratione, et habito modo vi-
dendi processus quærunt multis modis, et cum
nouis etiam testibus sententias legittime, et
juste factas contra eos infringere, et annullari,
que deinde intromisse deducuntur ad consilia
per ipsos syndicos vbi numquam vel raro per Rec-
tores, vel alios defenduntur, vnde quæstiones
ipse sententie sine aliqua defensione cum
testibus nouiter receptis incidumtur, et annul-
lantur contra omnem justitiam, et equitatem, quj
bannitj postea absolutj redeunt ad dictas ciuitates
quottidie noua committentes scellera cum
displicentia maxima et continuo rancore illorum
quj ab eis offensi fuerunt et murmuratione aliorum
fidelium nostrorum beneuiuentium, et sit bonum,
vtile, et necessarium obseruare in cunctis ciui-

-tatibus, et locis nostris id, quod juste et sanctissime
in nostra Civitate observatur.)

Vadit pars, quod Advocatores Communis et Syndici
tam à parte Terrae, quam à parte Maris non possint, nec
valeant de caetero audire aliquem comparentem
de sententijs Criminalibus factis per Rectores
nostros contra absentes, et legittime Citatos
sub pena ducatorum mille, et privationis omnium
officiorum et Regiminum nostrorum per annos quinque
pecunaria exigatur per advocatores communis
vel per capita de XLta sine aliquo Consilio, et
sit etiam pro honore nostri Dominij providendum, quod sen-
tentie late ad inquirendum, et processus formati
per rectores nostros contra absentes, et legit-
time citatos melius de caetero teneantur, et
Gubernentur, ne amplius sit in libertate aliquo
Temporis spacio transalto habito modo illis videndi
cum novis Testibus condemnationes contra
delinquentes factas incidere, et annullare, Captum
sit auctoritate huius Consilij.)

(Omnes Rectores nostri debeant et teneantur
in terminum dierum quattuor postquam venetias appli-
cuerint, se presentare, et dare officio Advocatorum
communis omnes processus formatos copiam tenendi
nec teneri faciendo nisi solum condemnationes in uno

libro scripto ordinatorum, que dimittantur in Cancellaria suorum Regiminum, et hoc sub pena ipsis Rectoribus, qui contrafacerent ducatorum mille et privationis omnium officiorum et Regiminum nostrorum per quinquennium etc.

Et Cancellarius vel alij, per aliquem ipsorum processuum copiam facerent, vel apud se tenerent contra hunc ordinem nostrum, cadant de libris quingentis, et priventur per decennium omnibus officijs, et Cancellarijs nostris, quarum medietas sit accusatoris, et alia nostri Dominij, qui processus teneantur ordinate in duobus, vel tribus armarijs in ipso officio Advocatorum Communis, quorum claves teneantur per ipsos advocatores, sed quando aliqui condemnati ad inquirendum se presentaverint tunc, et eo casu processus contra eos formatus remittatur ipsi Rectori, ut ipso bene viso et intellecto ius et iustitiam ministrare possit contra condemnationem iuxta qualitatem dicti delicti, a contrafacientibus vero pena per Advocatores Communis, vel capita de XL^ta sine alio consilio, que pars ponatur in omnibus commissionibus Rectorum nostrorum etc.

De possessoribus volentibus probare se ultra triginta annos possedisse

Leonardus Lauredanus Dei Gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris Vincentio Minotto Marescalco, et vicelocumtenenti patrie Forijulij, et successoribus suis fidelibus etc. Notificamus 1R[illegible] f.º 10 [illegible] infra f.º 543

vobis, q̄ in Consilio nostro decem cum additione sub die. xxiiij.
Maij presentis Capta fuit pars Tenoris proxime subsequentis.
Cum Quoniam oratores fidelissime patrie nostre forijulij
ad presentiam Dominij nostri primum et subsequenter Ca-
pitum huius Consilij Comparentes cum magna instantia
supplicauerunt pro infrascripta reformatione partis
Capte in hoc consilio cum additione 1496. xij. Junij
et per quam datur modus Rectoribus nostris de extra
et officialibus nostris de intus seruandus super de-
nuntijs illis factis de illis, et contra illos, qui dicunt
ab annis Triginta infra vsurpasse, et in se conuertisse
possessiones, et bona spectantia Dominio nostro, et
supplicatio eorum videatur bene Conueniens, et honesta
et omni iuri bene Consentanea, Ea propter vadit pars,
q̄ salua, et reseruata parte predicta 1496. in re-
liquis omnibus partibus suis vt iacent, addatur
in Tantum iuxta eorum supplicationem... Siquidem
aliorum Rectores, vel officiales nostri Tam intus q̄ extra
non possint de cetero habere licentiam a hoc Con-
silio procedendi contra aliquam personam, aut for-
mandi Processum occasionibus in prefata parte dictis
super aliquibus bonis, nisi prius Citatis et auditis
in Contradictorio iudicio possessoribus bonorum, de quibus
agi pretenderetur, et Coram Capitibus huius Consilij
primo et ante omnia admitti debeant probationes
possessorum volentium probare se vltra annos Triginta
possedisse, et alias de iuribus suis ad informationem
Capitum huius Consilij pro obseruatione partis supradicte,

quo circa vobis mandamus ut presentes nostras registrarj in actis illius Cancellarie ad futuram memoriam faciatis et registratas presentantibus restituj.

Dat. in nostro Ducalj palatio Die . xxiiij . Maij . inditione nona 1506 . Recepte die 2° Junij . 1506 . Registrate ex libro Cancellarie vtinj etc.

Quod non possit aliquod Donum, promissio vel sallarium que dant per nostrum Dominium intromitti . 1399 . die 3° . Julij in maiori Consilio

Vadit pars, quod de cetero aliquod Donum, promissio vel Sallarium, quod datur, vel de cetero dabitur per nostrum Dominium alicuj persone, cuiuscumque conditionis existat non possit per aliquam sententiam Judicatum, vel aliter intromitti nullo modo vel ingenio secundum quod hactenus est obseruatum etc.

De Bonis Dominij nostri non alienandis

Insuper cum nostro Consilio xl.^m^ prohibetur Tibi neque per gratiam, nec aliter possis dare de bonis nostri Communis videlicet de possessionibus, Decimis, pheudis, liuellis, pischerijs, et alijs rebus, et bonis, nisi per Consilium xl.^m^ cum additione, vel Aduocatores communis sine alio Consilio, de qua pena non potest fierj Gratia etc.

De Cambijs et contractibus usurarijs

Quum secundum Deum et honore istius Ciuitatis et patrie omni modo et forma possibilj vigillandum sit, quod obuietur Cambijs et Contractibus usurarijs deuorantibus animas et hauere quorumcumque condescendentium in maxima Consumptione multorum

pars capta pro facto usure, et presertim de Cambijs etc.

Vadit pars, quod Committatur Consulibus mercatorum, quod de omnibus Cambijs, de quibus coram eis questio ventillabitur, Teneantur et debeant sub debito sacramenti diligenter inquirere, et examinare, si in eis altus usurarius erit, et si reperiunt in eis altum usurarium, Teneantur Cambia reducere ad rectas quantitates denariorum, quoniam recte dati erunt, et nihilominus debitores possint accipere sententias de voluntate de eo, quod per ipsos Consules fuerit Terminatum, quod etiam observetur, quando dicti Contractus cambiorum stipulati erunt per publica Instrumenta, Verum quod debitores per modum querimoniarum recurrant ad Curias nostras Justitie, quarum Curiarum Judicibus damus illam libertatem plenissimam reducendi Cambia ad rectas et honestas quantitates denariorum, et superius de Consulibus est expressum Remaneat in alijs ~ —

~ Personae, qui possideant bona in Campo molino Terrarum patrie forijulij, de cetero non possint molestari per officiales Dominij veneti ~

Multoties venerunt, et nunc hic sunt quamplures compatriote se Gravantes a viro Nobili Felice Bono, qui fuit officialis Rationum vetherum, et socijs, qui Confiscaverunt et vendiderunt Residua ville de Campo molino, qui locus consueverat sub Brugnaria, quia Tenuerunt eum esse, vel fuisse de bonis q. Domini Anzelinj de Romano defuncti jam sunt Anni. 200. vel circa, et quesiverunt quosdam privare per viam hanc, qui fuerunt in possessione jam Tanto Tempore, quod non est memoria hominum in Contrarium, sed per disturbia guerrarum et mutationes Dominorum multi ex eis Cartas eorum

1466. 24 maij. ex libro ... f.o 260 ... 343 ... et 344.

amiserunt, et supplicant subveniri, prout factum fuit paduanis, Ravenatibus, et alijs, ne ipsi compatriote apud nos deteriores videantur conditionis, quam sint patauini, et alij, et intelligant quod suum est, et sit eis subveniendum, vadit pars, quod omnibus consideratis, et amodo detur quies suo dictis nostris compatriotis auctoritate huius consilij confiscationes facte die xxj. aprilis. 1466. et venditiones cum suis dependentijs de bonis, que fuerunt q. Dni Anzelinj de romano in Campo molino Tente per dictum felicem bonum, vel etiã cum socijs incidantur, et nullius sint valoris, nec possint compatriote ob hec in futurum, ab ullis officialibus vel alijs molestari, vel inquietari, sed pacifice permaneant in sua possessione.

~ Quod post x.^{im} mortuo rectore, qui tulit sniam, non licet app.^{re} nisi p via grẽ. infra x.^{im} aũt mõtuo rectore potest quilz app.^{re} sine gra ~

Recidenda est pro commoditate civium, et subditorum nostrorum omnis superflua via, que lites producit, et illa potissimum Gratiarum, quas post mortem judicum et aliorum officialium nunc pro impetrare oportet, quamobrem vadit pars, quod de cetero non obstante morte alicuius judicum, rectorum, et officialium, seu aliorum officiorum nostrorum, qui a decennio infra mortui essent, quilibet de sententijs, et alijs actibus contra se latis sine alicuius Gratie impetratione se appellare queat citatis citandis iuxta formam legis nostre, earumque sententiarum, et actorum appellationes consequutive ad consilia seu collegia deduci, et deffiniri, de sententijs vero, et alijs actis ab eo temporis spatio sup.

seruetur forma legum, et consuetudinis petendare, gratiarum non subiacent aliquo predictorum ad restitutionem caractorum.

Pro bonis camere fiscalis no subiacētibus constitutionj patrie de agnatis et vicinis

Leonardus Lauredanus Dei Gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris Leonardo Zantanj de suo Mandato Marescalco, et vicelocumtenenti patrie, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum, Ne ie fatto jntender, che questo vostro vicario pretende dechiarir j benj, chi sono de rason dela Signoria nostra sottozasmo a certa constitution de quj sub Rubrica de agnatis et vicinis etc. che qualunque agnato del alienante tal benj, et adherente a quellj posse apresentare, come se serua dele terre de particular persone, jl che quando seguisse, saria notabillissimo preiudicio della nostra Signoria, et perho volemo et cum el nostro collegio ve jmponemo non permittiate, che questo si faci per alcun modo, facendo retractar tutto quello, che fortassis fusse sta fatto per dicto vicario jn tal materia contra el presente ordine, et constitution nostra, quale ad unguem, et jnuiolabiliter obseruarete, et farete obseruar, Has autem etc. Dat. jn nostro Ducalj palatio, Die xvj. Junij, jndictione nona, M°. ccccc. vj.

Q(uod) Possit rogari pro Gratijs uite uel membri in Consilio decem

Quum Captum fuerit in isto Consilio et in Consilio Quadraginta Criminali quando Aduocatores Communis placitant, nemo possit rogare nisi in Criminibus vite vel membri etc. Et postmodum Captum fuit, quod in Gratijs similiter nemo possit rogare. xl^ta. et nuper motum fuerit dubium, si quando aliquis petit de gratia posse presentare se ad Carceres in casu vite, aut petit Gratiam de membro, possit rogare, vel ne, vadit pars quod sicut in Consilio de Quadraginta Criminali potest in Casu vite vel membri rogari, ita in Consilio de. xl^ta. Ciuili rogari possit pro Gratijs vite vel membri etc.

Ego franciscus de Georgijs quarantie Ciuilis vetheris Consilij notarius ex Capitulari dicte quarantie ad Cartas. xxiij. fideliter exemplaui.

Q(uod) Sententie late in arengo no(n) habeant appellationem

Augustinus Barbadico Dei Gratia Dux venet(iarum) etc. Nobilibus et sapientibus viris Hieronymo vendramino de suo Mandato patrie forijulij locumtenenti et successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum, Significamus vobis, quod in nostro Consilio decem, die xxx^a. Augusti proxime elapsi Capta fuit pars infrascripti tenoris Oratores fidelissime Communitatis nostre verone ad presentiam Capitum huius Consilij comparentis post productione, et

lectionem partium captarum in hoc consilio 1449. die xxiiij. Januarij, et 1455. die xxiiij. septembris, per quas fuit deliberatum, quod de sententijs latis in arengo non possit appellari, sicetiam disponentibus ordinamentis eiusdem Civitatis per Dominium nostrum Tempore felicis acquisitionis eiusdem sibi confirmatis, modeste, et reverenter indoluerunt de noua, et mala a modico Tempore citra (ut dicunt) introducta consuetudine per reos alicuius culpe, seu excessus criminalis, qui scientes ab sententijs factis in illa consularia, et postea publicatis in arengo non posse appellari, nisi per viam Gratie habent modum per indirectum facere ipsas condemnationes inappellabiles, siquidem ad officium advocatorum nostrorum communis prouocant, et appellant ob signaturam Condemnationis ante illius publicationem, et per hunc facillimum modum veniunt ad beneficium appellationis contra intentionem ordinum huius Consilij, et ordinamenta dicte Civitatis, ad quod Cum prefati oratores supplicauerunt de opportunitate remedij prouideri, Ea propter vadit pars, quod pro obseruatione constantissima et inuiolabili predictorum ordinum huius Consilij super eo, quod Sententie Condemnatorie late in arengo esse debeant inappellabiles ex auctoritate huius Consilij. prouisum sit, quod de cetero ab huiusmodi signaturis Condemnatorijs non possit appellari, sicut non potest post earum publicationem, verum reseruatu

semper sit predictis Condemnatis possendi jre per viam gratie juxta ordines captos jn isto Consilio, et presens pars ponatur et adiungatur jn Capitulari Aduocator Communis, et notificetur Rectoribus nostris etcetera. Quare auctoritate suprascripta mandamus vobis, vt suprascriptam partem cum omnibus suprascriptis et singulis jn ea Contentis obseruare, et obseruari facere jnuiolabiliter debeatis, facientes has nostras jn ista Cancellaria ad successorum memoriam registrari. Dat. jn nostro Ducali palatio Die xvj. octobris jndictione vndecima 1492.

Pars contra bannitos seuera.

Leonardus Lauredanus Dei Gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris Bartholomeo de Musto vicelocumtenenti et prouisori Generali patrie Forijulij, et successoribus suis. Exemplum vnius Capituli Contenti jn parte Consilij decem die xxvj.ᵗⁱ 1503. Verum et Tam omnes Banniti quam de cetero Bammiendi per omnes Rectores nostros Tam a parte Terre, quam a parte maris habeant Causam eundi et standi extra Confinia banni eorum, et obediendi Condemnationibus eorum, Captum est, vt auctoritate huius Consilij statutum sit, et jta publicari debeat jn omnibus Terris et locis nostris quod si banniti, et similiter posthac bammiendi permiserint se reperiri jn Terris, et districtibus et Confinibus per Condemnationes suas statutis, et prohibitis transactis octo diebus post publicationem

presentis ordinis, intelligantur esse banniti, et sint de omnibus Terris et locis nostris, etiam de hac Civitate nostra Venetiarum, et districtu, in quibus capi possint, et ad supplicium, vel alias penas condemnationum suarum, trahi possint non secus, ac si in principalibus locis bannorum suorum fuissent retenti, et qui illos ceperint, habeant Taleam superius expressam, et hoc ultra alias Taleas, quas ipsi banniti habent etc. libras ducentas.

Contra officiales, qui mittunt ad exigendum

Pasqualis maripetro Dei Gratia Dux venetiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris Paulo Bernardo de suo mandato locumtenenti patrie foriiulij, et successoribus suis, Significamus vobis, quod in nostro Consilio Rogatorum die viij. januarij proxime preteriti capta fuit pars Tenoris infrascripti etc. quoniam officium nostrum est, ut omnibus justitiam ministretur, que fieri non estimatur nisi quod juste decretum, juste etiam exequatur, et propter Corruptellas in Terris et locis nostris introductas contra mentem et scientiam nostram, ex quibus Creditoribus non satisfit, et continuis expensis afflictiones adduntur afflictis debitoribus, et satellites alunt ex Callamitatibus et sanguine pauperum, vadit pars, quod Milites, comestabiles, viatores, Baroerij, et omnes alij, qui ad exigendum fuerint deputati, quovismo accipere, seu habere non possint a debitoribus, nisi pignus, vel debiti solutionem, expensas vero itenerris nullo modo accipere possint, nisi de

eo, quod pignorauerint, siue jn Totum, siue acceperint pignus sufficiens, siue pro rata de eo, quod pignorauerint, et has expensas habeant a Creditoribus, vel massarijs venden- tibus pignora, que Tamen expense ponantur ad rationem debiti, sub pena priuationis officij et standi per unum diem in berlinam irremissibiliter; non possint quoque pre- fati Exequutores Ire in possessionem sub eadem pena; Item non possint accipere nisi Taxam limitatam per sta- tuta sua, seu per ordines Ciuitatis, sub eadem pena, quam Taxam nullus pretor, nec judex possit Committere plures Tres Commissiones, nec notarius notare sub pena cui- libet Contrafacienti ducatorum centum, et priuationis officij; que Commissiones fiant juxta modos, et ordines per sta- tuta sua declaratos, vel quod per Consilia sua deter- minabuntur Cum presentia et Consensu rectorum, et Tertia Commissio firma et vallida perduret usque ad Totius Cause expeditionem, siue debiti exactionem; Quare Cum pre- fato Consilio Mandamus vobis, quod hanc partem, et deliberationem nostram obseruetis, et faciatis inuiola- biliter obseruari, faciendoque eam jn solitis locis uestri Regiminis publice proclamari, et etiam significando eam Rectoribus, siue officialibus, et vicarijs illius Territorij nostri, ut omnibus nota sit, et denique vo- lumus, quod partem istam jn illa Cancellaria vestra et alijs locis, ubi opus fuerit ad futuram memoriam registrari faciatis.

Dat. jn nostro Ducali palatio Die iij februarij, jn- ditione sexta. M°. cccc°Lvij.

- Contra Clericos prime Tonsure. Qui pro delictis
suis seculare judicium amplius declinare
non possint, cum Confirmatione Bulle
felicis recordationis olim pape Gregorij -

Christophorus Mauro Dei Gratia Dux Venetiarum
Nobilibus, et sapientibus viris Angelo Gradenico de
suo mandato locumtenenti patrie forijulij et successoribus
suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.
Pontifex maximus volens paterno affectu equis nostris
precipue satisfacere, et obviare excessibus Clericorum
prime Tonsure per bullas quas non solum concessit
nobis confirmationem bullarum felicis recordationis
olim Gregorij summi pontificis, sed et quod bulle ipse exten-
dantur ad omnes Civitates, et loca nostra cum alijs
modis et conditionibus contentis in eisdem bullis, quarum
exemplum mittimus litteris implicitum, ut isti, qui utuntur
privilegio prime Tonsure pro delictis suis seculare judi-
cium amplius declinare non possint, intendentes ita
quod Bulle predicte penitus exequantur. Mandamus vobis
cum nostro Consilio Rogatorum, quod istic in nostra Can-
cellaria primum registrari faciatis Bullas predictas.
Denique Copiam earum subito consignari faciatis
Reverendo Domino Episcopo, seu ordinario ecclesie Cathedra-
lis istius Civitatis. requirendo eum, quod Bulle predicte
subito registrentur, et immediate publicentur, ac
ponantur super valvis ipsius ecclesie cum ordine
quod successive annuatim omni prima Dominica qua-
dragesime ad ipsam fieri debeat, ut omnibus pa-
teat mens, et decretum summi pontificis, quod
inviolabiliter observari volumus, de hoc quoque per

litteras notitiam dari Rectoribus ipsius Territorij, et similiter publicentur in locis illis.
Dat. in nostro Ducali palatio, die xxiiij. augusti, inditione prima . 1468.

Exemplum

Paulus episcopus servus servorum Dei. ad perpetuam rei memoriam Clericorum excessus, quos antiquus hostis eo frequentius simulat, quo eorum vite meritorie audentius emulatur, Tanto amplius detestantes, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala Generantur ad illos reprimendos predecessorum nostrorum immitationem laudabili congruum decet, et nos adhibere remedium ac ipsorum super hoc editas constitutiones, prout expedit observant innovare, et approbare, necnon iuxta personarum locorum, et Temporum exigentium provida moderatione extendere, prout in Domino conspicimus salubriter expedire, olim siquidem a fe. re. Gregorio xij. in sua obedientia nuncupato emanarunt littere Tenoris subsequentis.
Gregorius Episcopus servus servorum Dei ven. fratri Episcopo Castellano salutem et apostolicam benedictionem debite nostre mentis occulos convertimus ad ea que salubriter disponenda cognoscimus presertim circa insignem locum ven. Castellane diocesis nostre originis, in quo etiam pontificali dignitate resedimus, ubi per experientiam cognovimus quod plures se non gerentes pro Clericis non differendo Clericalem habitum et Tonsure, quorum digni sepenumero deprehensi prosunt criminibus varie declinant forum seculare immitentes

adminiculo privilegij clericalis non sine odolibus turbatione
in loco eodem, quare volentes quieti eiusdem loci, et ne
huiusmodi subterfugia locum habeant, quandoque falso in
mentem providere, volumus, et ordinamus, ac sanci-
mus, quod siquis clericus deinceps infra ordinem sub-
diaconatus existens tempore criminis non differe-
bat habitum, et tonsure per mensem ante immediate cri-
men commissum, si vel deprehensus fuerit sine
habitu et tonsura clericali ipso facto, et qui post crimē
fecerit se insigniri prima tonsura, et ex tunc non por-
taverit continuo habitum et tonsuram, ita quod non appa-
reat clericus, sit omni privilegio clericali privatus
de foro seculari, verum si tempore huius prime insi-
gnationis huiusmodi tonsure erat notorium, volumus
per deliberationem habitus et tonsure sibi suffragari
sed subesse foro seculari, in cuius delusionem vehe-
menter se sensu insigniri, quam volumus deliberationem
et sanctionem extendimus duntaxat ad prefatum
locum de Venetijs castellane diocesis speciali pro-
visione sibi iniungentes, ac mandantes has nostras
litteras registrari faciatis in archivo castellano et
perpetuis temporibus que in eisdem continentur
debeant observari. Dat. Rome apud sanctum
petrum .xv. Calendas iunij, Pontificatus nostri anno
primo. Successive vero ecclesia castellana tamquam
eminens, et insignis in patriarchale ecclesia, ac locus
ipse Venetiarum inter ceteras illarum partium civitates
multorum virorum generositate, morum elegantia, divi-
tijs rerum affluentia, ac populi numerositate con-
spicuus, et refert in civitate Venetiarum auctoritate

apostolica exstiterit, et propterea Dilecti filij Nobiles viri jllius Dnij magnopere affectent, sicuti nobis nuper exponere curaverunt, Jam venetiarum quam aliarum Civitatum et locorum eius Temporali Dominio subiectarum Clerum universum quemadmodum par est jn moribus et vita compositum, atque exemplaribus Clerum virtutibus pro parte Dnij predicti nobis fuit humiliter supplicatum, ut voluntati ordinationi, et litteris predecessoris eiusdem pro earum substantia firmiori robur nostre Confirmationis adijceret, jllasque ad omnia alia, et singula Civitates, Terras, et loca eorum subiectioni subiecta extendere de dignitate apostolica dignaremur. Nos jtaque attendentes petitioni huiusmodi fore consonam rationi, ac volentes jllos ex Clero predicto, quos dei Timor a malo non revocat, saltem per hec media Cohibere, huiusmodi supplicationibus jnclinati voluntatem, ordinationem, et has predictas ratas habentes, et gratas jllas, Tamen cum hac modificatione, quod contra personas ecclesiasticas postquam juxta formam jnfrascriptam per locorum ordinarios, sive eorum jn spiritualibus Generales vicarios per Tempora existentes moniti fuerint, judex secularis jn casibus jn jpsis litteris dumtaxat expressis jmpune, et absque alicuius pene jncursu proinde jnquirere, procedere, et alia facere valeat, ac si eidem persone Clericali privilegio non Gauderent, sed laycales, et sue jurisditioni subiecte fuerint, auctoritate apostolica Tenore presentium Confirmamus, et approbamus, et presentis scripti patrocinio Communimus, necnon jllas cum eadem modificatione ad omnia, et singula Civitates, Terras, et

loca eidem Dominio, ut prefertur, de presenti subiecta eadē
auctoritate extendimus per presentes, et etiam premissa
ad omnium quorum interest, pleniorem deducantur notitiā
nullusque de cetero ignorantie clypeo se valeat excusare,
Ven. fratribus nostris patriarchis, ven. archiepis, quoque Epis,
atque alijs locorum ordinarijs Temporalis Dnij supradicte
eadem auctoritate iniungimus, et mandamus, quatts
singuli ad ipsius Dnij requisitionem et instantiam pre-
sentes litteras nostras in valuis suarum ecclesiarum
affigi, necnon intimari, ac publicari faciant, et procu-
rent, ac personas superius designatas saltem in
genere et vnica vice primo quod moneant, ut con-
gruentem habitum et Tonsuram deferant clericalem et
ab is omnino abstineant, propter que idem precursor
personas ipsas clericali privilegio voluit esse privatas,
alioquin se secularis iudicis iurisdictioni subesse, et absque
alicuius pene incursu per illos contra eas inquiri et
procedi posse intelligantur, ac ex monitione huiusmodi
proinde eos artare, ac si ipsis personaliter Tria edicta
successive facta et intimata fuissent, volumus autē
quod prefatum Dnum Tem apud patriarcham et locorum ordinarios
supradictos saltem hortatorijs litteris debitis singulis
omnis iustitiam faciat, ut personas suarum Ciuitatum
et Diocesis opportune super premissis moneant, et in
suis archiuis presentes suas annotari procurent,
alioquin procedendi adversus personas ecclesiasticas inter-
dictas sit iustitie seculari omnis adempta facultas,
ac si presentes littere nullatenus emanassent, Nulli

ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre ratihabitionis approbationis, Confirmationis, Communitionis, extensionis, eunitionis, Mandati, et voluntatis infringere, vel eis ausu Temerario Contravenire; Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beator. petri et paulj apostolor. eius incurrisse.

Dat. Rome apud sanctum Marcum Anno incarnationis Dominice 1468. Septimo jdus Augusti, Pontificatus nostri Anno 4.to

Q. habentes saluos Conductos, ulterius non ualeat pro homicidijs, nisi jlli, qui facti fuissent per expositum mu. rogator.

Leonardus lauredanus Dei Gratia Dux venet. etc.

Nobilibus et Sapientibus viris paulo Triuisano equiti de suo mandato patrie forijulij locumt. et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum, Significamus vobis quod die duodecimo instantis in nostro Consilio rogator. Capta fuit pars Tenoris infrascripti vz. Certioratum fuit Dominium nostrum complures scelestos, et nephandos homines, qui diversa commiserunt delicta in offensione omnipotentis Dei nostri, et ob eor. demerita mediante justitia status nostri fuerunt Condemnati, et banniti diversis Terris et locis nostris licentiose in jllis commorari, et habitari sub colore, et fide diversor. saluor. Conductuum sibi indebite et contra formam legum nostrar. Concessorum, quod nullo pacto ex omni ratione est Tollerandum, jdcirco vadit pars, quod omnes, qui propter eor. commissa delicta quovis modo reperirentur banniti

ex quacumque Civitate et loco nostro, et reperirentur in ipsis Civitatibus, et locis nostris, ex quibus facti fuissent expulsi, et hoc sub pretextu alicuius salviconductus sibi aliter concessi, qui per Consilia nostra ad hec libertatem habentia Teneantur infra dies octo a die publicationis presentis partis discessisse, et ivisse ad eorum Confinia non obstantibus quibuscumque salvis conductibus sibi ut supra indebite, et a non habentibus libertatem concessis. quo Termino exalto Contra inobedientes executioni mittantur eorum condemnationes, prout iacet, exceptis Tamen habentibus salvos conductos in Consiliis nostris ad hoc libertatem habentibus, ut equum est, et Conveniens, De presenti autem deliberatione dari debeat noticia Rectoris nostris, ut illam observari et exequi inviolabiliter faciant, quare auctoritate supra scripta mandamus vobis, ut predictam partem, et omnia Contenta in ea observare, et observari facere inviolabiliter debeatis, facientes has nostras registrari ad memoriam futurorum. | Data in nostro Ducali palatio Die. 19. Maii. indictione V.ta 1502. Rhe die 20. iunii. 1502. publicata eoram ad scalas palatii.

Quod qui semel pro homicidio fuerit liberatus vel absolutus, et postea nova comiserit homicidia, non possit amplius ullo pacto, colore, vel ingenio liberari ab ipsa Condemnatione

Leonardus Lauredanus Dei Gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris Paulo Trivisano equiti de

suo mandato patrie foriiulij locum tenenti, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum, significamus vobis, quod in nostro consilio rogatorum capta fuit pars die xij instantis tenoris infrascripti videlicet Tolleravit, Tolleratque Dominium nostrum, quod quando aliquis bannitus pro puro homicidio civitatis nostre venetiarum, et aliarum civitatum, terrarum et locorum nostrorum, quod causam pacis nostre et cum attinentibus defuncti possit per emptionem, vel acquisitionem alicuius banni reddire in patriam, et liberari exilio suo, Sed cum nuper Dominium nostrum fuerit certioratum reperiri complures scelestos habituatos, et stabilitos in male operando, qui postea liberati fuerint modo suprascripto ab aliquo exilio, non curant iterato reddire ad primum vomitum, et tanquam carnifices, et sitibundi humani sanguinis nova committere homicidia sub spe et iterato ab exilio poterunt eximi, quod pro bono exemplo ceterorum est consentiendum, vadit pars, quod qui semel pro homicidio vel fuerint liberati, vel absoluti, et postea nova commiserint homicidia vel delicta, non possint amplius liberari ab ipsa condenatione, sed exules, et banniti semper remaneant, et eorum condemnationes exequutioni mittantur sub pena contrafacientibus, vel in contrarium consentientibus, vel terminantibus ducatorum mille auri in suis propriis bonis exigenda per advocatores communis absque ullo consilio, quorum medietas sit accusatoris, qui teneatur secretus, et alia medietas sit sua, et tamen in contrarium quicquid fuisset terminatum, ipso facto sit nullum, nec habere

debeant aliquam executionem: quare auctoritate supra-
scripta Mandamus vobis suprascriptam partem, et Con-
tenta in ea observare, et observari inviolabiliter facere
debeatis, Has registrari faciatis vestra ad successorum
memoriam. ~ Dat(um) In nostro Ducali palatio Die. 19.
Maij. inditione. 5. 1502.

~ Pars ferri horribilis ~

Mag.^ce et quos(...) Tam(quam) fr(atr)i hon(orand)e. Mittimus Mag.^cie v(est)re
presentibus nostris insertum exemplum unius partis
Capte in Excellentissimo Consilio rogatorum Die. 28.
augusti Requirentes Magnificentiam vestram et
partem ipsam In locis publicis et Consuetis publicari
faciatis, et post illius publicationem de verbo ad
verbum tradi faciatis. Contra Inobedientes pro-
cedat Magnificentia vestra (...), Ita ut procul
dubio exequatur, sicuti fuit et est intentio prefati
Excellentissimi Consilij pro debita observantia
illius, et beneficij datij ferri, Venet(iis) Die. 29.
Martij. 1522.

Gaspar Maripetrus, valerius valerius, et Marcus
Gabriel Gubernatores Introituum Ill.^mi Duc. Do. Venet(iarum)

A Tergo: Magnifico et Generoso viro Dno Vincentio Ca-
pello Locumtenenti dignissimo patrie foriiulij Tamq(uam)
fratri honorando.

Die. 28. Augusti in Rogatis.

Se vede per Experientia esser grandamente defraudato
el datio del ferro grezo, che vien da Canal de villacho, et
altri lochi, el qual si soleva affittar ducati sei millia, et

adesso non se ne trova do millia, et al presente el se tien per
conto dela Signoria nostra, et questo perche contra la for-
ma de li ordeni nostri li ferri vengono condutti nel friuli
doveriano andar recto tramite ala doana nostra de porto-
gruar. ut in li ordeni et parte presa del .1477. como
in essa se contien, il qual ordine minime vien observato,
ma come i ferri sono nel friul vengono condutto in
diversi lochi de la patria con carri, liquali cargano de vin
per la Alemagna, et altrove, et lassano li ferri lui in casa
de diverse persone fina li vendeno, et poi veneno con-
dutti a molti lochi dele marine suso del territorio nostro
et piu che nostri subditi si conducono a marani et dove
li par, dove hanno intelligentia cum quelli comprano
ditti ferri, liquali compradori si conducono al incontro
in questi diversi loci cum navilij mandole, zaffarani, oglij
commini, et molte altre cose de mercantia, che tollono
al incontro, et quod peius est, qu nostri levantini, che vieneno
con navilij nostri de qui dapoi discargare le sue mer-
cantie, vogliono compran qualche quantita de ferro
per levante, per suo avantazo mandano uno homo ne
la patria cum ordine de farlo condur a tempo loro de-
stinato a quelle marine, et dapoi se parte de qui et vano
a sorzer dove loro dano ordine, et li cargano quella qua-
tita de ferri a lor piace, cum grave danno del datio
nostro et si de inrada, como se vede, et perho essendo
necessario provederli de opportuno remedio: L'andera
parte, che per authorita de questo conseglio tutti quelli
che voranno condur ferri nela patria nostra de
friul, debbeno venir directamente a portogruar alla-

doana nostra secondo la forma de lege nostre, et ordeni
sopra cio disponenti, et non possa romagnir nel friul
altra quantita, saluo quella, che, e, per uso de essa pa-
tria se consuma, laqual quantita de tempo in tempo che
vora esser dispensata per essa patria, non possa esser
venduda senza licentia, ouer mandato del logot
nostro in scripti, ilqual prima dar li debbi sacramento
che sia per uso de ditta patria, et consumali in quella
sotto pena de ducati cento achi contrafacesse ali or-
deni preditti, et se sara trouato alguno, che condura
ferro o per portogruar, o per consummar in la patria cu
la licentia supraditta, che tenesse altro camin, che
verso li lochi supraditti in tutto se intendi esser contra-
bando o trouado, et accusado con verita, et similiter
li condutori debbiano perder li carri et boi, et bestiami
condurano esso ferro de contrabando, et sel sara mer-
catante alcuno che voglia comprar ferro nella patria
sia tenuto condur quello in portogruar ut supra cu
questo ordine vz. che dela quantita vorano condur, dar
debbiano una fideiussion de condurlo a portogruar,
et se sarano trouati senza fede, ouer pizaria habbino
perso el ditto ferro, carri, buo, et altri animali lo con-
duse, ne possa esser condutta alcuna quantita in
algun loco dela marina sotto pena de perder li ferri,
animali, et carri, et da esser banditi per anni diese
del territorio dela patria loro, et dela presente parte sia

data notitia al logotenente nostro in la patria, et doue, et come parera al Collegio nostro.

Et perche lhe sta introdulta vnaltra corruptella a dano del predicto datio del ferro, et anchor la pari de pizol momento, Tamen in futurum la poria cresser, come za la fatto principio, che de certi ferri che non sonno compidi de lauorar del Tutto, ma pareno manegi de Caldiere, manigi de frisora Grata cosi etc. et perche simil cose quando sonno compide non pol vegnir in questa Terra, et Tamen questi vengono et vanno al datio dela intrada, perche li pagono vndese per Centenaro vel circa, como paga li ferramenti compidi, perho sia deliberado che Tutti li ferramenti non compidi del Tutto, de che sorte esser si voglia, vadino ala Ternaria nostra, et pagar debbiano quello, che pagono li ferri Grezi iuxta il Consueto, non intendando perho quelli che vanno per Transito alle fiere, anchor non fossero del Tutto compidi, liquali debbono pagar la mita dei datij secondo la forma dela parte presa in questo Conseglio sotto di 20. Zugno preterito, et siano spazati per lofficio de lintrada, Ma igomierj debbiano esser spazati al officio dela Ternaria iuxta il solito, et qui per Transito pagar debbino la mitta di datij iuxta la forma dela ditta parte, et li scriuanj, et altrj del ditto officio dela Ternaria non li debba Tuor saluo la mita dele spese menude segondo la forma, et ordine dela parte supradilta etc.

Q nõ possit ɔfiscari, neq3 alio mõ inquiri sup possonib3 et bonis Do. pacifice possessis per annos XXX^ta^ et vltra

Augustinus Barbadico Dei Gra Dux Venetiarum etc.

Nobilibus et Sapientibus viris Joanni Mauroceno de suo mandato
locumtenenti patrie Forijulij et successoribus suis dilectis salutem
et dilectionis affectum. Significamus vobis quod in nostro Con-
silio decem cum additione die xj Junij 1496 capta
fuit pars tenoris infrascripti videlicet: Sunt in hac urbe jamdiu
Oratores fidelissimarum communitatum nostrarum padue, ve-
rone, Tarvisij, et Forijulij, omnes conquerentes verbis
plenis amaritudine et dolore de quibusdam confiscationibus
contra eos factis, et circa hoc adducentes plurima
notabilia inconvenientia et disordines secutos, et secu-
turos nisi convenienter provideatur. Idcirco cum
nihil sit eque odiosum, ac scandolosum rationibus no-
tissimis unicuique huius Consilij, quam huiusmodi mate-
ria Confiscationum, sitque imprimis et ante omnia
recidenda radix, que parturit tam malos fructus,
removendaque facilitas a nostris ministris deveniendi
ad tales actus sine expressis et evidentissimis ra-
tionibus, ut subditi nostri potius sentiant benignitatem
et liberalitatem status nostri quam timorem habeant
severitatis et rigoris alicuius vestri representantis,
vadit pars, quod imprimis confirmatis, salvis, et reserva-
tis in hoc suo robore et vigore permanentibus omnibus
et singulis partibus ordinibus, et legibus in hac
materia deliberatis tam per hoc Consilium quam per
consilium rogatorum, et maxime, ac potissimum illis,
que volunt, et statuunt non posse confiscari, neque
etiam aliquo modo inquiri, aut procedi super posses-
sionibus quibuscumque Dominij pacifice possessis per
annos triginta, que quidem partes et leges cum

omni plenitudine debeant observarj cum omnibus capitulis et conditionibus jn eis appositis, et declaratis, et jnsuper auctoritate huius consilij extendj debeant non solum ad paduanos, veronenses, Brixienses, Rauenates, et forojulienses, sed etiam ad omnes alios fideles subditos nostros jndifferenter, adeoque super predictis bonis per triginta annos pacifice possessis non solum fierj nõ possit aliqua confiscatio, sed nec acceptari quem aliqua denuntia, aut conscientia, que porrigentur alicuj magistratuj nostro, Cassum propterea et firmissime statutum, additum, et ordinatum sit decreto huius nostri consilij, quod tum ad bona nostrj Dominij vsurpata et possessa citra annos triginta, quod jn talibus causis per nullum Rectorem, aut officialem nostrum cuiuscumque Generis tam jntus quam extra hanc ciuitatem nostram procedj aliquo modo possit, nisi seruato ordine jnfrascripto videlicet quandocumque fiet denuntia manifestatio, conscientia aut propalatio aliqua bonorum nostri Dominij ab aliquo vsurpatorum a dicto tempore annorum triginta citra, tunc rector, aut officialis, siue alius, cuj talis denuntia facta fuerit, teneatur jllam presentare, aut presentarj facere capitibus huius consilij cum omnibus alijs scripturis et simul cum denuntia presentatae fuissent, aut allegatae, et jn hoc casu jpsa capita videre diligenter, ac examinare debeant denuntiam et scripturas eis presentatas, et si eis videbitur talem manifestationem esse rationabilem, et non contrauenire legibus, et ordinibus jn hac materia

disponentibus, hinc venire possint, et ponere huic Con-
silio interveniente Collegio de dando facultatem
et libertatem officialibus, aut Rectoribus, quibus
res denuntiata fuisset, procedendi per justitiam et
juxta eorum Conscientias ad illos actus, probatio-
nes, et sententias, quae ipsis videbuntur, factis autem
processibus, et sententijs, si ab ipsis sententijs à
parte sententiata provocatum et appellatum fuerit,
demum ipsi processus, et sententiae presentari debeant
Capitibus antedictis, qui teneantur deducere eas
ad Consilium interveniente Collegio, et sic ex for-
ma processus, et scripturis presentatis post denuntia
et ab ambabus partibus productis non constiterit
non fuisse contrafactum partibus et ordinibus supra-
scriptis, et maxime circa prescriptionem annorum
XXX.ta in eo casu per idem Consilium dari, et depu-
tari debeat illud vel illa Consilia, aut Collegia au-
ditura et terminatura super appellatione dictarum
sententiarum et actuum, sicut conveniens fuerit
judicatum juxta qualitatem et importantiam cau-
sarum, et alias circumstantias intervenientium, debeat
hic modus inviolabiliter observari, et demum et
in eisdem Confiscationibus cum omni Considera-
tione, et maturitate procedatur, Cautum quoque
et statutum sit, quod nullus officialis noster huius
Civitatis facere possit per se solum aliquo modo for-
ma, aut ingenio aliquem actum pertinentem Con-
fiscationibus, sed fieri possint, et debeant ipsi actus per

maiorem partem illius magistratus, aut officij, cui denuntia facta fuerit, aut manifestatio servato tamen ordine suprascripto, cui nullo pacto liceat contrafieri, quare auctoritate suprascripta mandamus vobis, ut suprascriptam partem et omnia in ea contenta observare, et observari facere inviolabiliter, et ad unguem faciatis, Has autem nostras in actis vestri regiminis registrari faciatis, et registratas presentanti restituite, Datum in nostro Ducali palatio, Die prima Septembris, indictione prima. 1497.
Die 7. Septembris suprascripte littere presentate fuerunt Mag.co Dnd locum tenenti.

Tariffa cancellarie patrie fori=julij in Criminalibus et civilibus.

Pro quolibet Mandato in scriptis	L	s 12
pro quibuslibet litteris	L	s 12
pro litteris ad Serenissimum Dominium	L	s 16
pro Relatione presentationis alicuius mandati	L	s 4
pro quolibet simplici Termino notato	L	s 4
pro Termino seu alia anotationis suspensionis	L	s 8
pro intratione cuiuslibet processus in appone	L	s 4
pro productione instantie seu responsionis	L	s 4
pro productione iurium productorum	L	s 4
pro qualibet declaratione vel pote in prima instantia seu in causa extraordinaria	L	s 8
pro publicatione sententie in appellatione cum litteris exequutivis	L	s 8
pro qualibet productione Capitulorum	L	s 4

IN civilibus

pro quolibet Teste examinato — — — £ — ß 8.
nisi depositio facta esset Tam longa, quod ex-
cederet cartam unam, et tunc servatur
Constitutio patrie —
pro Copia cuiuslibet instantie, seu productio-
nis, nisi excedat cartam unam — — £ — ß 4.
pro Copia processus ex ingrossatione pro qua-
libet carta — — — £ — ß 5.
pro copia processus quando transmittitur ve-
netias in appellatione pro qualibet Carta £ — ß 4.
pro Copia sententie late super aliquo pro-
cessu quando transmittitur in appellatione
ut supra pro qualibet Carta — £ — ß 8.
pro Copia cuiuslibet sententie in appella-
tione late, nisi esset Tam longa, ut £ — ß 4
excederet Cartam unam — —
pro Extractione in publicam formam ali-
cuius sententie in prima instantia ser-
vatur Constitutio patrie iuxta valorem
illius — — — £ ß
pro quolibet actu extraordinario, seu Tor.no £ — ß 4.
pro qualibet investitura bonor. pheudaliu
seu privilegior. — — — £ 6 ß 4.
pro litteris patentibus — — £ i ß 4.
et aliquando plus inspecta qualitate rei
seu Cause, pro qua fiunt.
pro litteris patentibus exemptionis ali-
cuius ville a privatis debitis ob dona passa £ i ß 4.
pro Salvis Conductis pro debitis — £ i ß 4.
Exceptis illis, qui fiunt tempore belli, seu
ob suspitionem belli pro assecurandis personis, seu

mercibus in quibus servatur arbitrium et discretio
Cancellarij, et ut plurimum solvuntur £ 6 ß 4 pro quo-
libet simili salvo conducto, et advertendum quod de salvis
conductis bannitorum Tariffa ista non loquitur, quia
fieri non possunt absque auctoritate, et licentia Se-
renissimi Ducalis Dominij etc.)
pro presentatione litterarum quarumcumque tam ex Venetijs
quam aliunde — — — £ - - ß 4.
pro mandato in scriptis earum exequutivo — £ — ß 12.
pro Relatione presentationis dicti mandati £ — ß 4.
pro litteris responsivis — — — £ — ß 12.
pro Relatione vicecapitanei seu comi-
litonis de aliqua missione possessionis alicuius
boni in exequutione litterarum predictarum — £ 1 ß —
pro instrumento missionis in possessionem
bonorum in publicam formam extracto — £ 6 ß 4.
pro Relatione assecurationis alicuius
Cartholine, seu alterius sententie ex Venetijs £ — ß 8.
pro presentatione litterarum Ducalium que non registrantur £ — ß 8.
pro presentatione litterarum Ducalium et registro earum — £ 6 ß 4.
pro quolibet proclamate — — — £ — ß 8.
pro legalitate notariorum — — — £ — ß 8.
pro inventarijs servetur Constitutio prior.)

~ In criminalibus ~

Pro qualibet querella notata, seu pro-
ductione — — — £ — ß 8.
pro productione Capitulorum — — £ — ß 4

pro examinatione cuiuslibet Testis — L — ß 8.
nisi depositio excederet prout et ultra in
civilibus, et similiter spectabili Dno
vicario existente.
pro compulsoria ad Testes — L — ß 12.
pro nota relationis citat. Testium — L — ß 4.
pro inquisitione formata — L 1 ß —
pro citatione ad scallas, que affigitur
ad columnam — L — ß 12
pro relatione — L — ß 4.
pro quolibet constituto vulnerati cum
querella — L 1 ß —
pro viso et notato reperto alicuius cada-
veris cum Testibus de cognitione illius — L 1 ß —
pro sententia bannitoria seu condemna-
toria lata contra reum — L 1 ß —
pro presentatione voluntaria alicuius
rei ad carceres — L — ß 8.
pro constituto rei tam de plano quam ad Tor-
turam etc. pro quolibet — L 1 ß —
pro productione defensionum in scriptis etc.
pro quolibet defenso, in casibus tamen
in quibus presentatio personalis ad
carceres non requiritur — L — ß 8.
In casibus autem, in quibus presentatio per-
sonalis requiritur pro omnibus defensis
tantummodo solvuntur pro qualibet pro-
ductione defensionum — L — ß 8.
pro quolibet mandato in scriptis, seu
intimatione — L — ß 12.
pro relatione notata — L — ß 4.

pro Nota Carcerationis alicuius detenti et carcerati £ — ſ 4.
pro Relaxetur — — — — — £ — ſ 8.
pro Denuntia Chyrurgi, seu decanor. villarum
de vulneratis, seu rixis factis — — — £ — ſ 8.
pro qualibet relatione Chirurgi quando aliquem
vulneratum prius in periculis mortis
datum, postea extra periculum dat — — £ — ſ 8.
pro alta ratificationis reorum carceratorum — £ — ſ 8.
pro Manto Treuguarum — — — — — £ — ſ 12.
pro Cavalcatura pro quolibet die tam in civilibus
quam in Criminalibus vltra expensas oris — £ 3 ſ 2.
pro Copia processus in Criminalibus pro
qualibet Carta — — — — — £ — ſ 5.
pro Copia inditiorum datorum sponte presentatis
ad Carceres, seu detentis et carceratis
pro qualibet Carta — — — — £ — ſ 10.
et etiam plus inspecto labore — —
pro Copia constitutorum reorum tam sponte
presentatorum quam aliter per officium Car-
ceratorum pro qualibet Carta — — £ — ſ 8.
pro Sententia absolutoria lata pro reis sponte
presentatis, seu aliter mitigatoria a pena
sanguinis, idest in arbitrio, et discre-
tione Cancellarij inspecta qualitate
personarum, et cause — — —
pro liberatione Bannitorum vigore partis
Ex.mi Consilij Maioris, idest in arbitrio
et discretione vt supra, et ad minus solvitur £ 12 ſ 8.
Sed avverte, quod quando aliquis pro aliqua suspitione, aut

imputatione alicuius delicti detinetur, et carceratur, et post modum relaxatur pro nunc, seu diffinitive absque aliqua condemnatione, ab illo penitus nihil recipi potest a vicarijs, judicibus, et cancellarijs, et alijs officialibus, ut apparet ex commissione Magnificorum Dnorum locumtenentium.

Sponte autem ad carceres presentati pro aliqua imputatione, et pro nunc relaxati tenentur tantummodo ad expensas scripturarum ad eorum defensionem factarum, et similiter banniti ad inquirendum sponte presentati, et pro nunc relaxati, dummodo non sit principalis delinquens.

Sententia ... caballarior.

Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, inditione sexta, die sexto mensis julij, Actum Utini sub palatio presentibus spectabilibus viris Dominis Angelo Gabrieli collaterale patrie, Alovisio Trono ambobus patritijs venetis moram trahentibus in civitate Utini, et alijs pluribus testibus, ut in ea Sub Mag.co et sapientissimo viro Dno Paulo Bernardo pro Ill.mo Dno nostro locumtenente declaratum fuit, quod nullus preco, vel caballarius possit facere relationem de rivello, nisi constet ipsum posuisse manum super pignore, et hinc fuit contradictum.

Item quod nullus preco, vel caballarius possit, nec valeat facere aliquam relationem de pignore non conducto vel rivello Dno vicario, vel Dno capitaneo in absentiam pignorarij facientis et contra scitum et voluntatem eius, et si fecerit, relatio sit nullius valoris, et caballarius vel preco similia comittens cadat ad

penam vnius marche applicande Camere sancti Marci.

Ego Jacobus Merulla notarius, et vnus ex Camerarijs Camere veteris has duas determinationes in libro quondam Sebastiani Decij prout inveni, exemplavi.

Ex Capitulari mag.corum D. Advocatorum

Capitulo xxiij. Rubrica inquiram de illis, qui recipiunt denaria a personis qui habet placita,

Item Studiosus ero ad inquirendum, et inquiram diligenter omnes illos, qui receperint, vel fecerint recipi denarios, sive solutionem aliquam ab illis hominibus, et personis, qui habent placita, vel habuerint, et de cetero habebunt in palatio, et extra palatium Tam Coram Domino Duce, quam coram alijs Curijs, et officialibus communis venetie, et qui Tributaverint eos, et de cetero Trabutabunt, in quocumque modo et forma fecerint, seu de cetero facient Tam de officialibus, quam de Tabellionibus, quam de omnibus alijs personis, et eos placitabo, et quemlibet predictorum sicut Teneor, et facere debeo, homicidiarios, et rubatores et possum, et debeo petere maius Consilium et placitabo eos Coram Domino Duce, et quadraginta, et Coram alijs Curijs, et ponere partem, et dabo operam, quod emendentur, et puniantur, salvis quinque soldis, quos debent accipere Advocatores, de quibus non intromittam.

~ 1409 · Die · 8 · novembris in quadraginta
propter placitare Dnorum Advocatorum Comunis ~

Nicolaus de Guarino q. Marinj de Rubino contra quem processum fuit per Dnos Advocatores Communis, et officium suum, in eo et pro eo, quod ipse Nicolaus pacto convenit se cum quodam philippo de Trottis de padua qui ibat in lite cum ven. viro et eximio artis medicine doctore Magistro Joanne de Janua fisico accipiendo commissionem a dicto philippo de Trottis, et conveniendo secum per pactum expressum de lucrando medietatem eius, quod dictus Nicolaus acquireret dicto phisico, molestando ipsum magistrum Joannem, predicta faciendo, et tractando contra leges et ordines veneti, prout et sicut de predictis omnibus plene patet, atque constat per processores camere, ductus et placitatus fuit in consilio de quadraginta in quo posita fuit pars. Si videtur vobis per ea que dicta et lecta sunt, quod procedatur contra Nicolaum q. Marinj de Rubino pro ipsis tractationibus, et pactis per ipsis habitis cum quodam philippo de Trottis de padua pro faciendo litem magistro Joanni phisico de Janua habendo expresse pactum cum dicto philippo de habendo medietatem possessionum, quas acquireret, predicta faciendo contra leges et ordines veneti ut est dictum. Nam datis et receptis in ipso consilio ballottis quadraginta: non sincere — 10 — 7 — de non — xi — xi. — et omnes alij [illegible] 19. de 22. fuerunt de parte, et sic captum fuit de procedendo contra ipsum. Tandem positis

diuersis partibus captum fuit, quod iste Nicolaus de Vuavino bammiatur perpetuo, quod non possit placitare, nec aduocare, neque accipere procurationes ab aliquibus, nisi ab illis coniunctis personis, pro quibus iuridice placitare posset, et quod omnia instrumenta contractus facta inter ipsum Nicolaum, et philippum de Trottis pro placitando contra magistrum Iohannem phisicum sint cassa et vana, et nullius valoris, et si dictus contrafecerit pro ipso placitando pro aliquo, quod sit bamnitus perpetuo de Venetiis et districtu, et toties observetur, quoties permiserit se reperiri, et ultra hoc, quod stet uno mense in uno carcere inferiori ultra tempus ~~quo~~ petit, et de predictis, seu aliquo predictorum non possit fieri Gratia, Donum, remissio, reuocatio, aut declaratio aliqua, nisi per sex consiliarios, Tria capita de quadraginta, et tres partes maioris consilij.

Contra Vicarium

La Ill.ma Signoria n(ost)ra Cum ogni Cura et studio ha sempre invigilato, che in le cita, et Dominio suo li subditi receuano la debita iustitia, et che li iudicanti remota Amicitia, inimicitia, et pecuniarie auiditate sinceramente procedano neli iudicij, et sententie sue, et essendo molte volte causa el longo Continuar nei magistrati et officij de Commetter extorsione, et iniustitia parendo a questi Tali dauer maior fiducia, et baldezza chi fussero

noui; Cognoscendo la prefata Illustrissima signoria Tal perseueranza non esser grata ai subditi, ne Tolerada e, sta prouisto per la Serenissima parte con el suo excellentissimo Conseglio de pregaj 1471 che alcun vicario, ouer altro judice, che hauesse seruito ad alcun rezimento, non douesse perseuerar al seruitio del successor, se prima non vaccaua per anni dui sotto pena de £ mille, che certo e ben conueniente, et rasoneuole, jmperho che la experientia el dimostra, che alcunj vicarij essendo stati piu de vn rezimento molte volte per qualche jnimicitia o amicitia hanno fatte dele sententie iniq. et pigliata bona pratica de extorquer el denaro de poueri subditi per molti mezi, non si contentando per li salarij a lor Taxadj de le parte litigante, ouer suoi aduocati, ma rechiedendo et volendo j pagamentj secondo la auidita sua contra el douer il che a molti, e manifestissimo, precipue ai spectabili Doctori, et patroni dele cause, liquali sforzati per veder lo fine, hanno jndutto li principali soj a dar lo dinaro jngordo rechiesto, licet lo habbiano fatto contra el suo voler, et cum amaritudine del animo, et carico de conscientia, Nam aliter non hauariano maj hauute expeditioni, et per tal catiuo, et pernetioso exempio non si pol juditar, ne sperar, che judicio de questi tali sia senza corruptione, cum scriptum sit, quod munus et

pecunia subuertunt verba prudentium, et excecant mentem justor., onde per medicina de tal veneno fisso nel stomacho dei offesi, et Torizati, et per quieta tranquilita dei subditi compatrioti se propone a questo Mag.co parlamento che li Oratori Andarano alla Illustrissima Signoria habbino etiam commissione supplicar, la Clementia sua se degni far obseruar tal sanctissima parte, non permettendo che vicarij, ne altri officiali continuino al seruitio delli Mag.ci Rectori successori per gratia dei soi benemeriti, o altre cause, ma tal gratie habbino effecto per interpellata tempora: et a questo modo sara satisfatto alla obseruantia de ditta parte, et gratie concesse cum contento et gaudio de suj fidelissimj de questa patria ~

~ Q. Sntia arbitraria, nisi fuerit ratificata, no tenet, et ipa no obstante vnaqq. pars libere valeat vti d. juribus suis no obnte da sntia arbi.~ trária

Sed vidi qua modo aliter se habeat hac questio in L.o Co. cs. Consilij Maiori 155 3.13 Januarij libro in... stauto Veneto f. 1959

Coram Judicibus petitionum Comparuit vir Nobilis Dnus Alouisius de molino Tom... vnus ex Gubernatoribus bonor. q. Dni Carolli de Molino eius patris narrans et exponens, cum sit, qd prefatus exponens multoties comparuerit in judicio petitionum, et in alijs officijs contra et aduersus Dnam lodouicam eius matrem Tam nomine hereditatis, et

Tamqꝫ residuariam q. eius patris, et ipse pro favore iurium suorum produxit certam sententiam arbitrariam latam inter ipm dicto nomine ex una, et q. dictum dnum Cardu de molino ex altera, et alios nominatos et declaratos in dicta sententia ex partibus suis, latam sub die x. novembris 1481. extracta ex prothocollo q. ser francisci bonamici per ser Aloisium de Archangelis in publicam formam notarium curie maioris deputatum ad custodiam scripturarum defunctorum, asserens predicta dna ludovica quod ipsa producit ipsam sententiam non posse per aliquos iudices iudicari, neqꝫ impediri, quia stat ipsa sententia arbitraria, et iudicatum est illud, quod per dictum exponentem dicto nomine petitur, et quando prefatus exponens producit ipsam sententiam arbitrariam pro favore iurium suorum, prefata Domina ludovica dicit, et asserit prefatam sententiam arbitrariam esse nullam, et nihil valere, quia non est ratificata, allegans, quod sententie arbitrarie, que non sunt ratificate, sunt nullius momenti, et tamqꝫ caput sine anima, que licet ita sit, tamen stat utrumqꝫ, et aliquo tempore sine decreto iudicum possit moveri aliqua cavillatio, iustumqꝫ et equum sit, et semel prefatus exponens liberetur a cavillationibus prefate dne ludovice, et exceptionibus, ac oppositionibus, que in dies fiunt, et fieri possunt per ipsam, ideo exponens predictus dicto nomine cum instantia

petebat per Dnos Judices dici, Terminari, et declarari debere, quod in Termino statuendo per ipsos Dnos Judices predicta Dna Ludovica ratificari facere debeat de voluntate, et consensu dicto nomine, quo interuenit in dicta sententia, ipsam sententiam arbitrariam in omnibus et per omnia, prout stat, et jacet, pro quanto spectat ad predictam Dnam Ludovicam, et q. Dnum Carolum nominibus prout in ea, offerens se predictus exponens dicto nomine ipsam sententiam rafticare nominibus, pro quibus interuenit dictus Dnus Carolus in dicta sententia, quo Termino elapso, et predicta Dna Ludovica nolente ratificare dictam sententiam neque ratificationi ipsius assentire, Tunc vna quaeque pars, videlicet ipsa Dna Ludovica dicto nomine, et prefatus exponens dicto nomine vti valeant, et possint de juribus suis comodolibet ipsi spectantibus quacumque ratione, et causa non obstante dicta sententia arbitraria sic requirente justitia, et equitate, et pro fauore jurium suorum produxit vnum processum cartarum .23. Taliter qualiter prout in eo, vnde preffati Dni judices petitionum videlicet Dni Vincentius Gradenico, Alexander bono, et Antonius lauredano audita predicta requisitione, et audita responsione dicte Dne Ludovice dicto nomine respondentis, et dicentis rationibus et causis allegatis, que dicti Dni judices bene intellexerunt, et maxime quia debent interueniri facere dictu

petrum diedo et eius consortem, et omnes alios, qui sunt
nominati in dicta sententia, item quia judices arbi-
trij nominati in dicta sententia mortui sunt, et
quod sententie arbitrarie non possunt ratificari, nisi
prius judices arbitrij dicerent se non cepisse errorem,
item quod non competit aliqua actio ipsi agenti in pe-
tendo illud, quod petit, et pro favore iurium suorum
produxit tres processus, unum cart. 70. alterum
cart. 49. tertium altero cart. 26. taliter qualiter prout
in eis. visa sententia arbitraria cum omnibus
contentis in ea, et consideratis considerandis
super hoc habito consilio diligenti per eos justitia
et suam diffinitivam determinationem vigore sui
officij determinando determinarunt, et declararunt,
quod predicta domina ludovica dicto nomine quo inter-
venit in predicta sententia arbitraria ratificari
faciat, ac debeat dictam sententiam arbitrariam
latam ut supra in ipso termino dierum octo imme-
diate sequentium, prout superius petitum est, alias
elapso dicto termino, et premissa cum effectu non
faciente, neque assentiente prout supra, tunc
una quaque pars libere valeat, et possit uti de juribus
suis non obstante dicta sententia arbitraria
in omnibus, et per omnia prout est superius notatum
requisitum, et declaratum, condemnantes dictam
dominam ludovicam in expensis, que sunt omni con-
tradictione, et obstaculo, remotis causis, et
rationibus antedictis. (Jurato, Jacobus
notarius Cavaza notarius petitionum.)

Gratia Leonardi Segat et filij Vincentinorum, quod possint audiri non obstante lapsu sexdecim mensium propter bannum ad inquirendum; fuerunt banniti del 1486 et Gratia fuit Concessa in 1507.

Leonardus Lauredanus Dei Gratia Dux venetiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris petro Trono de suo Mandato potestati vincentie et Successoribus fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Significamus vobis quod in nostris Consilijs minori de quadraginta, et maiori Die xxj instantis Capta fuit Gratia Tenoris infrascripti videlicet Intellecta humili supplicatione leonardi Segato, et parvuli filij Bartholomei exponentium, Cum sit in 1486 ob mortem q. petri Bartholomei Campilongi fuissent banniti ad inquirendum casu quo in fortias venirent, Contra eos cum Tortura procederetur, si delinquentes reperti forent, iuxta statuta, licet sint innoxij a dicto Tempore citra prefati exponentes huiusmodi homicidij, et cum iam Transacti sint Anni xxj et in etate pervenerint ac filiorum numero magno onusti, videtur, quod Capti sunt iuxta legis vigorem noviter Capte; obijciturque quod absque Dominij permissu non potest contra eos procedi secundum dicte sententie formam, que permaneret diffinitiva, ita quod supplicantes innocentissimi decapitarentur cum Totali desolatione Tam filiorum quam uxoris, et Totius domus, qua rem velut pessimam vult Dominium nostrum quemque defraudari, quas ob res petitur Tam parte dictorum Carceratorum quam suprascriptorum supplicantium, ut eis dignemur

concederet, quod non obstante lege contra eos ad inquirendum et procedatur juxta formam sententie, et ut saltim esset ante ipsam legem, presertim cum reperiantur in forcijs, et ut etiam justitia plenum habeat locum, et si erunt culpabiles, decapitentur, sin autem innoxij, et attestantur, ut iniuste pereant, sicut suadet omnis juris ratio, visa diligenti responsione Nobilis potestatis Vincentie consulentis exaudiri debere dictos exponentes, fecimus cum nostris consilijs minori de quadraginta, et maiori eis gratiam, ut possint audiri de suis defensionibus servatis servandis per dictum potestatem Vincentie, sicuti per litteras suas diei xxiij Martij consulitur, quare auctoritate suprascripta mandamus vobis, quod suprascriptam gratiam, et contenta in ea observare, et observari facere inviolabiliter debeatis, facientes has reg. Dat. in nostro Ducali pall. die xxvij Martij, indictione v.ma 1517.

Pars capta de impetrandis gratijs in rogatis 1434 die 16 xbris

Cum quottidie porrigantur nostro Dominio supplicationes diversorum subditorum nostrorum de extra Venetijs, per quas petunt posse appellari à sententijs aut alijs actibus contra eos latis, aut alijs similibus non obstantibus lapsu temporis, aut non obstantibus statutis, aut alijs in contrarium facientibus, que supplicationes mitti consueverunt ad auditores nostros sententiarum, et

respondeant, aut audiant, et propter hoc aliquoties tales
supplicationes transeunt cum damno et preiudicio plu-
rimarum personarum, vadit pars, quod omnes supplica-
tiones quarumcumque personarum de extra venetias, que
porriguntur, possint audiri, seu appellari a sententijs
vel quibuscumque actibus Rectorum et officiorum nostrorum
quarumcumque terrarum, vel locorum nostrorum extra venet.
non obstantibus statutis, aut lapsu temporis aut alijs
causis, mitti debeant ad Rectores nostros locorum, ubi
ille sententie, aut alij actus facte, seu facti fuerint,
qui audire debeant ipsas supplicationes, illasque dili-
genter examinare, atque audire alteram partem in
cuius preiudicium tales gratie peterentur, et ab
utraque parte, et aliter sicut opportunum fuerit se
informare de ~~virtute~~ veritate facti, et exinde respondere
Dominio nostro quicquid habuerint cum eorum Con-
silio et opinionem, ut Dñio nostro intellecta natura
rei, et si legittime et honeste tales gratie concedi de-
bent, consulere possint, et providere cum consilijs
ordinarijs, sicut videbitur conveniens et hone-
stum, et non possint de cetero tales gratie, seu sup-
plicationes audiri, consuli, nec expediri absque
informatione, seu responsione, et consilij dictorum
rectorum sub pena L 100 pro quolibet consiliario,
qui aliter fecerint, et nihilominus tales gratie
que contra huiusmodi ordinem consulte, vel expedite
erunt in posterum non sint alicuius efficatie, vel vigoris.—

~ Q Non possit Layeus Trahi ad forum ecclesiasticum ~

Nicolaus marcellus Dei Gra Dux veneti
&c. Nobilibus et Sapientibus viris Marino Maripetro
de suo Mandato locumt. patrie forijulij et Successorib.
suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.
Intelleximus supplicationes fidelis nostri Nicolai
Sbroyavacha Castellani istius patrie, q quidam
famulus, seu procurator Rmi Dni Cardinalis Sancti
Angeli vult Nicolaum ipsum Trahere ad judicium
Rdi Dni episcopi feltrensis Causa cuiusdam differentie
vertentis inter ipsos pro quibusdam possessionib.
qua de re Nicolaus ipse humiliter supplica-
vit, et cum sit layeus, et lis ipsa sit Tempo-
ralis, et ad vos Tanq judicem competentem, et
non ad ipsum episcopum diffinienda, et Cogno-
scenda spectat, pati nolumus eum Trahi ad forum
alienum contra consuetum, et complures Terminationes
pro similibus casibus a nostro Dominio alias emanatis, qua-
obrem judicantes Controversiam ipsam ad nos, et nō
ad ipsum spectare volumus, et vobis mandamus ut
cum ipso predicto agere debeatis, q in re predicta
agere se non impediat, quia non intendimus his
medijs, et artibus subditos et fideles nostros layeos
et pro rebus Temporalibus Trahi ad forum ecclesia-
sticum, neq patiamini pacto ullo predictum trahi ad
forum ipsius Episcopi, et venientibus coram vobis
partibus ipsis procuratore s. Rdi Dni Cardinalis, sive
alio eius nomine, et Nicolao antedicto jus, et justitiam
eis Tanq judex ordinarius et Competens administretis

administrari faciatis sicuti justitie et equitati consentaneū fore judicabitis, has autem ad futurā memoriam registrari faciatis, et registratas presentanti restituj. — Datū jn nostro Ducali palatio Die decimo Maij, jndictione septima. M°. cccc. lxxiiij. Regis Die .16. Maij .1474.

Q. Siquis Bannitus reddierit ad committendum aliquod delictum, q. possit vbiq. capi, jn rogatis a. 1432.

Franciscus foscari Dei Gra. Dux venetiarum etc. Nobilibus et sapientibus viris Leonardo justiniano de suo Mandato Locumtenenti patrie foriiulij, et successoribus suis fidelibus salutem, et dilectionis affectum, Significamus vobis, q. jn nostris Consilijs Rogatorum et additionis jn presenti Millesimo, jndictione, et die, capta fuit pars Tenoris jnfrascripti vz. q. ordinetur, q. siquis bannitus de aliqua ex Terris, et locis nostris a parte Terre pro aliquo delicto, veniret ad eum locum, vel Terrā, de qua fuisset bannitus, et committeret aliquem excessum, vel faceret aliquem jnsultum, vel aliud malum aliquod, pro quo aliqua querella deponeretur, et jpse bannitus accusaretur, tunc Rector eiusdem loci, de quo Talis delinquens fuisset bannitus, Teneatur et debeat jpsum Bannitum mittere ad capiendū jn quolibet loco, vbi reperiretur jn venetijs, et jn districtu venetiarum, et Rector jllius loci, jn quo Talis Bannitus reperiretur, Teneatur dare omnem

fauorem, et auxilium opportunum ad capiendum
ipsum bannitum, ipsoque facto idem Rector, qui misisset
ad ipsum capiendum, debeat procedere contra eum
ac si in locis sibi commissis captus fuisset, et Te-
neantur omnes Rectores nostri a parte Terre, et
a gradu ad caput agerum, et Dominij de nocte presentem
ordinem observare sub pena ducatorum centum pro
quolibet contrafaciente qualibet vice exigenda
et diuidenda per advocatores communis et de
alijs penis sui officij, et debeant dicti nostri Recto-
res dictam partem facere publicari, ut omnibus
nota sit, quare cum dictis nostris consilijs fide-
litatibus nostris scribimus, et mandamus, quatenus
dictam partem, et contenta in ea debeatis obser-
uare, et facere inuiolabiliter obseruari, facientes
has nostras litteras in actis vestri Regiminis ad
futuram memoriam registrari, ac mittere eam omnibus
Rectoribus patrie, ut illam obseruent, et faciant
obseruari et publicari. — Datum in nostro Ducali
palatio die 2 septembris, indictione undecima
1432. Recepta die 19 Septembris 1432. publicata die
19. ante platheam communis utini in multitu-
dine copiosa premisso sono Tube.

~ Litere Ducales Ser Jo: francisco de moteg.co et alijs
hominibus manssos in uilla Sauollonj circa
jurisditionem ciuilem

Pasqualis maripetro Dei Gratia Dux Ve-
netiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris Ludouico
foscareno Doctori de suo Mandato Locumtenenti patrie fori-

julij, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Vidimus supplicationem fidelis nostre Indrigine vxoris Joannis francisci de montegnaco et aliorum habentium mansos in villa sandlorj, per quam petunt ei confirmarj et approbarj jurisditionem civilem in ipsis suis mansis, quam tenentes mansos ipsos superioribus mensibus exercere consueverunt, vidimus etiam responsionem, et consilium vestrum super ipsa supplicatione, per quam dicitis non vidisse per precessores vestros fuisse exercitatam et in casu quodam occurso tempore precessoris nostrj fuisse remissam ad judicium petentium, quam quidem petitionem, et jurisditionem suam approbamus, et confirmamus, volentes, quod ipsam jurisditionem eis confirmare debeatis in civilibus tantum secundum antiquam consuetudinem, ita tamen quod si quo tempore reperietur ad eos jurisditionem ipsam non pertinere, deveniat ipsa jurisditio, et revertatur ad nostrum dominium. Dat. in nostro Ducalj palatio Die. 19. Januarij, Indictione 9. 1461.

Quod animalia bovina non possint accipi in pignus, si tamen aliquis ultra haberet, quam sibi necessaria pro laborerio possit accipi Del. 1458.

Pasqualis maripetro Dei Gratia Dux venetiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris Leonardo Contareno de suo Mandato Locumtenenti patrie fori-julij, et successoribus suis fidelibus dilectis

salutem, et dilectionis affectum, quia in Civitatibus, Ter-
ris, et locis nostris partium Terrestrium servatur quedam
consuetudo, que satis est inhumana, et ob eam Sub-
diti, et districtuales nostri ipsorum Civitatum et locorum
deducuntur ad Totalem Consummationem, et diversa
inconvenientia sequuntur, que consuetudo est, quod si
aliquis eorum subditorum et districtualium nostrorum est
debitor, aut pro debito publico, aut privato pignoratur,
et accipiuntur ei animalia a laborerio, que ponuntur
in hospitiis cum maxima eorum expensa, et ven-
duntur cum eorum extrema destructione, et pauper-
cularum familiarum suarum, quia ipsis animalibus
acceptis, et venditis non possunt laborare, De-
liberavimus cum nostro Consilio Rogatorum Die
2° mensis presentis matura consideratione
prehabita, quod de cetero pro aliquo debito publico
vel privato non possint accipi pro pignore alicui
subdito et districtuali nostro predictarum Terrarum
et locorum nostrorum partium Terrestrium animalia
bovina a laborerio modo aliquo, vel ingenio,
neque Tangi vel vendi, sed executiones debite
ipsorum subditorum et districtualium fieri possint, que
eorum personis, et alia qualibet bona sua Tam
mobilia quam immobilia sine aliqua dilatione,
Declarando quod si ipsi districtuales et subditi Te-
nerent, aut haberent plura animalia bovina
a laborerio, que essent eis necessaria pro posses-
sionibus, quas laborant, hoc committat Rectoribus

nostris, ut id intelligant, et examinent, et si plura alia bonina habebunt quam sit eis necessaria, illa plura accipi possint pro huiusmodi debitis persoluendis, declaratur etiam quod si aliqua ex Ciuitatibus, Terris et locis nostris predictis haberet priuilegium, vel Concessionem a nostro Dominio, quod pro debitis aliquis personaliter detineri non possit, propter hoc tali priuilegio, vel Concessioni esse derogatum, sed seruent illis ea, que concessimus, Mandamus ergo vobis cum dicto Consilio nostro Rogatorum ut hanc nostram deliberationem obseruetis, et obseruari facere inuiolabiliter debatis, et publicari facere in locis solitis nostri Regiminis, ut omnibus nota sit, ac in actis vestris ad futuram memoriam registrari. Dat. in nostro Ducali palatio die quinto Decembris, indictione septima. 1458. — Quod intelligatur

Quod omnes Rectores Teneantur compellere creditores condenatos ad soluendum eorum condenationes Rectoris, qui illos condenarunt

Preterea quia multi Condemnati recedunt de locis, in quibus sunt Condemnati, et vadunt ad alias Terras, et loca nostra, donec Rectores, qui eos Condemnarunt, recedant de regiminibus, et per hunc modum multe Condemnationes — Captum et ordinatum sit, quod omnes Rectores nostri a parte Terre Teneantur, et debeant sub debito

sacramenti compellere realiter omnes condenatos Terrar., nostrar., et locor. ad petitionem Rector. illor. locor., in quibus facte fuerunt condemnationes etc.

Quod oratores nō audiant sine litteris credentialibus cois eor.

.1456. die .20. maij ~

Vadit pars, quod de cetero aliqui oratores ad Dominium nostrum alicuius communitatis Terrar., et locor. nostror. a capite Terre pro aliqua re non deliberata, neque capta in suis consiliis, ac sine litteris credentialibus Rector. suor., non debeant ipsi oratores per Dominium nostrum audiri, sed licentiari debeat, et scribi ipsis Rectoribus, quod expense, que pro eor. aduentu facta fuissent, que expense non acceptentur, sed soluantur per illos, qui eos misissent, et si forte hic audirentur, et aliquid hic deliberaretur, totum, quod declaratu fuerit, retractetur, et sit nullius valoris. ~

Hoc est parlamentum Senate prie forijulij ut infra legitur. ~

~ Pro R.do Platorum metro impositione.

Pro R.mo Episcopo Concordie —— —— £ 86 lib.
pro Capitulo Aquileie —— —— £ 43 s. 8

96

Pro Abbatia Rosacensi — — — — £ 49 ſ 12.
pro Abbatia Mosacen. — — — £ 80 ſ 12.
pro Abbatia Sexten. — — — £ 80 ſ 12.
pro Abbatia Bellunen. — — — £ ſ
pro Abbatia Sumaquen — — — £ 43 ſ 8.
pro Reuerendo Capitulo Ciuitaten. — — £ 62 ſ 2
pro Reuerendo Capitulo Vtinen. — — £ 43 ſ 8.
pro prepositura sancti Stephanj — — £ 24 ſ 16.
pro prepositura sancti felicis — — £ 12 ſ 8.
pro prepositura Sancti Stephanj de Carnea — £ 12 ſ 8.
pro R.dis Dnabus Monialibus aquileie — £ 31 ſ —
pro R.dis Dnabus Monialibus Ciuidatj — — £ 21 ſ 14.

Pro Membro Nobilium Castellanorum.

Pro purlilijs, et Brugnaria — — — £ 74 ſ 8.
pro pratta — — — £ 74 ſ 8.
pro pulcinico, et farma — — — £ 31 ſ —
pro Spilimbergo — — — £ 62 ſ —
pro Cucanea, Zuccho, et Partistagno
pro Valuasono — — — £ 78 ſ 8.
pro Castello et Tarcento — — £ 55 ſ 16.
pro Strassoldo — — — £ 24 ſ 16.
pro Colloretto et Melso — — — — £ 43 ſ 8.
pro Archano — — — £ 4 ſ 2.
pro Pinzano, O. Soppio, et Ariis — — £ 74 ſ 8.

Pro villalta — — — L 12 ſ 8.
pro Cavoriacho — — — L 3 ſ 2.
pro Brazacho et Cergneo — — L 12 ſ 8.
pro fratina — — — L 6 ſ 4.
pro Sbroiavacha — — — — L 12 ſ 8.
pro Turre — — — L 6 ſ 4.
pro Maniaco — — — L 9 ſ 6.
pro Salvarollo — — — — L 18 ſ 12.
pro Monteregali — — — L 6 ſ 4
pro Zopolla — — — L 18 ſ 12.
pro Prodolong — — — L 9 ſ 6.
pro panegaleis — — — L 3 ſ 2.
pro Prampergo — — — L 12 ſ 8.
pro Attempo — — L 12 ſ 8.
pro Perso — — —
pro Morutio — — — L 6 ſ 4.
pro Cussano — — — L 12 ſ 8.
pro fontebono — — — L 9 ſ 6.
pro Zegliaco — — — L 4 ſ 10.
pro Toppo — — — L 3 ſ 2.
pro Varmo Superiori — — L 3 ſ —
pro Varmo inferiori — — L 9 ſ 6.
pro Savorgnano — — —
pro Ragonea — — —
pro Suffumbergo — — — —
pro Madrisio — — — — L 12 ſ 8.
pro Nobilibus Sancti Danielis — — — L ſ
pro Nobilibus de Ragonea — — — L. ſ
pro Nobilibus de Xuiano — — . L ſ —

Pro Communitate Aquileie	£ 18 ß 12.
pro Communitate Ciuidatj	£ 74 ß 8.
pro Communitate Vtinj	£ 260 ß 8.
pro Communitate Glemone	£ 43 ß 8.
pro Communitate Venzoni	£ 24 ß 16.
pro Communitate Tulmetij	£ 12 ß 8.
pro Communitate Sacilli	£ 24 ß 16.
pro Communitate portusgruarij	£ 43 ß 8.
pro Communitate Maranj	£ 37 ß 4.
pro Communitate Montisfalconj	£ 18 ß 12.
pro Communitate Sancti Viti	£ 12 ß 8.
pro Communitate Sancti Danielis	£ 31 ß —
pro Communitate fagonee	£ 12 ß 8.
pro Communitate Auianj	£ 6 ß 4.
pro Communitate Campe	£ 6 ß 4.
pro Communitate Mosse	
pro Communitate Mettiune	£ 18 ß 12.

Pro differentijs vertentibus inter Comites Goritie, et compatriotas

Franciscus foscari Dei Gratia Dux venetiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris francisco foscarj de suo Mandato locumtenenti patrie forijulij et Successoribus suis fidelibus dilectis Salutem et dilectionis affectum, Nuperrime ad nostram Comparuerunt presentiam pro differentijs et litibus inter Mag.cos

Dnos Comites Goritie et subditos et fideles nostros partium forijulij et Cadubrij existentibus Ven. et Sp.les viri Dnj Joannes Ede Conc. Gaspar de melspeis, franciscus de Cormono, Paulus Rinatifer, Bernardus de Rabata, et petrus Arnoldj de Blochars ambasiatores prefator Dnor Comitum, quibus auditis, necnon ipsis fidelibus nostris forijulij et Cadubrij cum nostris Consilijs Rogator et additionis fecimus responses, prout videbitis contineri.

Et primo super facto differentiar unius Montis, quam ipsi Mag.ci Dnj Comites habent cum illis de Cadubrio Respondetur, quod visa sententia lata per judices electos per ambas partes ipsor, et auditis juribus partium videtur quod stante ipsa Sententia firma, nihil debeat contra ipsum innovari, sed quod ipsa observetur, et exequatur ad unguem.

Secundo super facto Garitti ville Thamau, quod ipsi Ambasiatores asserunt velle probare jam ultra Triginta annos possessum fuisse pacifice, et quiete per ipsos Mag.cos Dnos Comites, et procuratores sive Syndici fisci nostri probare volunt per fiscum nostrum fuisse possessum, respondetur, quod in scriptis ambe partes producant, quid in eor favore probare volunt, et nomina Testium per quos suas intentiones probare intendunt, quoniam ipsos examinari faciemus Tali Tempore quod eor dicta

hic habebimus ad Tempus, quo Ipsi Mag.ci Dnj Comites venire debent ad accipiendum Investituras a nobis suorum pheudorum, et Tunc illis visis Terminabimus prout secundum Deum, et Iustitiam nobis videbitur Convenire.

Tertio ad id, quod petunt quod de robationibus et damnis datis et illatis Compatriotis Tempore Guerrarum et novitatum prefatorum Antequam haberemus Dnium patrie nullum fiat ius, Respondeatur, quod sumus Contentj observari facere, prout petunt.

Quarto ad id, quod petunt, quod pro Tollendis differentijs Inter Ipsos Mag.cos Dnos Comites, et Compatriotas, elligatur unus iudex, prout fieri consuetum est per elapsum, et Ipsi Iudices non erunt Concordes quod scripture transmitti debeant nostro Dominio, et per nos Terminetur, sicutj nobis Iustum videbitur, et de hoc sint etiam fideles nostri Contenti, respondeatur, quod summus Contentj, et observetur, prout petunt, et sicut Antiquitus solitum erat observarj.

Quinto ad id, quod petunt, quod de Cetero siquis vult petere aliquid alicuj subdito Ipsorum Dnorum Comitum ire debeant ad petendum ius Coram Ipsis Dnis Comitibus, vel eorum Iudicibus, et similiter, quod si aliquis subditus voluerit petere alicuj Compatriote, ire debeat ad Iudicium nostri locumtenentis Nam sic solitum erat observarj et sic ius

postulat, cum actor sequi debeat forum rei. Nam sunt contenti, si quis reputabit se grauatum de judicio ipsorum Dnor. Comitum vel locumt. habeat recursum ad Nostrum Dnum, et per nos prouideatur, sicuti nobis videbitur justum et conueniens fore. Respondeatur, q. sumus contenti, q. obseruetur consuetudo in petendo jus, prout petunt, et si aliquis reputabit se grauatum, habeat ad nos recursum, prout in Capitulo continetur.

Sexto super facto sententiar. nuperrime latar. per locumt. nostrum patrie Forijulij, et duas sup. judicibus electis, duas ad audiendum ipsas differentias, cum quibus judices ipsos electi non fuerunt concordes, de quibus sententijs reputat se grauatos. Respondeatur, q. optantes eis dar. expeditionem, cum factum dictar. litium requirat tempus, sciremus ipsos hortari, et se concordare vellent cum ipsis nostris fidelibus, in quor. fauorem late sunt ipse sententie, sicuti ad hoc videntur esse contenti, et istud idem dicatur fidelibus nostris predictis.

Septimo ad id, quod petunt, q. litibus et questionibus quibus non est prescriptum tempus xx. Annor. nulla detur audientia juxta constitutiones patrie. Respondeatur, q. ita mandetur obseruari, prout petunt, et requirunt, declarato tamen q. nec incurrerit nec incurrisse intelligatur aliqua temporis prescriptio, nec possit preiudicare aliqui pro tempore nouitatum et guerrar., que fuisset in pria Forijulij.

Octavo Super facto habere debentium ad ipsis Dnis Cô-
mitibus, quod primo requirere debeant ipsos, et si
satisfacere nollerint, tunc ipsi habere debentes re-
currant ad nostrum Dnum. Respondeatur, quod vo-
lentes omnem humanitatem possibilem à parte
nostra erga prefatos Mag.cos Dnos Comites servare,
sumus contenti, quod ita prout petunt, superinde
observetur.

Nono ad id, quod petunt, quod dignaremur mandare, ut Com-
burantur processus et sententie late, et omnes
scripture, que reperirentur facte per olim Dnum
patriarcham contra Dnum Franciscum de Cormons, qui per
ipsum Dnum patriarcham positus fuerat in bannu
et per ipsum confiscata bona sua, cum noviter
per locumtenentem nostrum et judices electos pro
utraque parte concorditer ipsi processus et scripture
et sententie fuerunt revocate, et annullate,
et terminatum quod reducantur in pristinum statum,
prout factum fuit de sententijs latis contra egitios,
respondeatur quod in complacentia ipsorum Mag.cor Dnorum
Comitum, et ipsius Dni Francisci Mandabimus locum-
tenenti nostro, ut ipsum processum, sententiam et
omnes scripturas super hac materia factas,
debeat facere comburi, prout petunt, quare cum
suprascriptis nostris Consilijs fidelitati vestre
scribimus, et mandamus, quatenus suprascripta
capitula et responsiones nostras adeo factas
inquantum ad nos attinet observare, et observari

facere debeatis inuiolabiliter, has nostras litteras in actis Cancellarie vestri Regiminis ad futuram memoriam registrarj. — Dat. In nostro Ducali palatio Die xxj mensis aprilis, indict. 2.a 1424.

Remissione

Del 1504 adj 27 auosto El Magnifico m. Antonio Calbo remesse alli Nobili Consorti de Moruzio mis Daniel lisandro fradellj, et soi consortj la querella dela Zamera contra li heredj, che forono de daniel garzo.

1516 adj 16 Zenaro El Mag.co mis Lunardo Emo remesse alli sopra scriptj Consortj de Moruzio Simon Garzo che hera sta pigliato in vdene per la querella della zamera.

Una Remission Criminale per la iurisditione de villalta dal Clar.mo logot.e, qual ha il Reuerendo mis Arthusio deli Consortj de villalta Canonico de vdene, como luj me ha ditto hauer apresso di se. —

Communi alienatio

Il Nobel mis Ottauian deli Gorgi deli Consortj de moruzio me a ditto, qualiter a sua instantia forono condemnatj in rengo per il Mag.co mis Jacomo Corner logotenente il Commun de Moruzio per la alienation fatta per loro deli benj communj contra la forma dela parte dela signoria, como sta in vaspar in la Cancellaria de vdene. —

Capitula Caballarios

Al Nome de Jesu christo, Considerando el Mag.co et Clar.mo Dno Zuan Moro dignissimo Logotenente Generale le manzarie, e storsione, et fraude, che potriano alle zornate esser concesse per li officialj dela

corte de sua Mag.cia per li Cavallari del Mag.co Mare-
scalco, et altri officiali, tanto si de questa Magnifica
Communità, come de qualunque altra sorte si in
li pegni, che per loro vengono tolti, come etiam contra
li poveri debitori pignorati ad dano de quelli, et di Credi-
tori de essi, volendo totis viribus provederli, et cuncta
equa lance transeant, inherendo ali ordeni, et pro-
uision alias sopra tal materia facte per la Serenis-
sima Signoria, Magnifici Syndici, et Clarissimi pre-
cessori a notitia de qualunque persona fa publicar li
orderi et terminationi infrascripte, lequal ad ungue
vol, et commanda, che siano inviolabiliter obser-
uate sotto le pene infrascripte.

Et primo Che qualunque Cavallaro, Bricho, over altro officiale
de qualunque sorte exercente l'officio del pignorar
sia obligato infra termine de zorni tre dapoi, che'l ha-
uera fatto el pegno consignarlo alla Camera, et far
notar la relation sua sotto pena de tratti tre
de corda, over star in berlina, et in carcere ad ar-
bitrio del Clar.mo Logotenente, et questo se intenda
dapoi levato el pegno dal debitore, over dal degan
et altri in man de cui sara consignato.

Item Che tutti li pegni, che per ditti Cavallari, Brichi, over
officiali seranno tolti, overo li saranno sta consignati
essendo pegni mobili, et portabili, li debbiano portar
loro instessi alla Camera, senza farli portar dali
debitori, et senza consignar in man del degan-
ne de altre persone, et contrafacendo siano tenuti

a pagar del suo proprio la mercede deli portatori, et Conductori, saluo Tamen justo jmpedimento jnspecta qualitate et quantitate pignorum, et etiam jnspecta la volunta del pignorado, lo qual volesse, che potius fossero Consignati jn man deli degani, ouer de altre persone, che fussero jmmediate leuati et portati uia, circa veramente li pegni non portabili, et quelli che sarano Consignati ut supra, si obseruj jl Consueto.

Item Che Cauallaro alguno, Bricho, ouer officiale non possa dalguna persona per suo pagamento tuor possa piu che soldi doi per miar juxta la Tansa limitada per la Constitution dela patria [et Tal pagamento lo debbia Tor dal creditore, ad jnstantia del qual sara rechiesto a far jl pegno, et non dal debitore pignorado per qualunque causa] et se pignorassero piu persone, ouer piu Cedule, et mandati portassero non possino per sua Caualchata hauer piu de un pagamento a soldi dui per miglia, zoe da quello primo, dal qual principalmente sara sta rechiesto andar a posta, deli altri veramente pegni et presentatio de Cedule, et mandati debbiano hauer soldi quatro per Chadauna, et non piu sotto pena de star jn carcere per zorni quindese, et tratti tre de corda, ouero Berlina ad arbitrio del Clarissimo logot., et che non possi exercitar loffitio per mesi quatro continuj, et niente dimeno sia obligato a refarcir jn

duplum tutto quello, che piu del debito havesse conseguito, et caso
che havesse piu pegni da fare, over cedule, et mandati da pre-
sentare, et da qualchuno de creditori non fosse sta rechiesto
de andar a posta, allora se debbia far pagar dali credi-
tori juxta la rata deli pegni fatti, over cedule presen-
tade, et quando ad instantia de qualchuno fosse an-
dato a qualche loco, et poi senza retornar ala cita
in quella instessa cavalcata andassero a qualche altro
loco, non possan conseguir senon juxta la limitatiõ
suprascripta per rata del viazo de un loco al altro.

Item se alcun cavallaro, bricho, over altro officiale com-
mettera fraude alcuna in pegno alcuno vendendo, pi-
gnorandolo, apresso de si retenendo, o altramente quello
barattandolo, overo de quello iniusta relation facendo
li sien date le pene suprascripte, et ulterius li siano
posti in carcere, dove habbia a stare mesi doi continui
serrati, et niente di meno sia obligati a restituir il
pegno, over il suo valore, non si ritrovando el pegno,
et al pignorato satisfar in duplum il damno suo
et non possano exercitar l'officio, ne haver sallario alcuno
per mesi quatro continui:—

Item che nissun cavallaro, bricho, over officiale possa
far relation alcuna de pegno non conducto, se nõ
ad instantia et requisition del creditore, sotto
la pena suprascripta, et niente di meno la rela-
tion fatta contra lo presente ordine sia nulla
et de nessun valore. Imo etiam pignorar possano

alcuno per relation, se prima non sara sta fatta la relation in vachetta [con la dechiaration tamen expressa che i debbiano far la relation di rinelli, etiam che dai Creditori non fussen rechiesti:—

Item che non possino andar piu de uno Cavallaro, Bricho over officiale a impegnorar alcun debitore, salvo cha contra quelli, che commetteno renello, et contra quelli che sara sta concessa la fameglia al Creditore sotto la pena soprascripta: et se pur andarano piu de uno non possona haver la mercede piu de uno solo iuxta la limitation suprascripta. 20.

Item perche tal Cavallari, Brichi, et officiali potriano accordarsi con li debitori a danno deli Creditori, se fa intender che se havuta la Commissione dal Creditore infra termine de zorni otto contra li debitori habitanti citra Iulmetum, et zorni 15. contra quelli de oltra non havarano fatto el debito officio a loro commesso, et far la debita relatione, cascano alla pena de star zorni 15. in le carcere serrati et tratti tre de corda over berlina ad arbitrio ut supra, et per mesi quatro continui non possino exercitar lo officio, et nihilominus siano obligati a resarcir il danaro in duplum per lor havuto, et alla instessa pena cascano quelli, che modo aliquo se accordasseno con li debitori per amicitia, over premio per causa de non li pignorar.)

Preterea perche li Creditori, over soi agenti et fattori potriano commetter infiniti inganni, et mazarie [illegible]

li debitori, et nunc se determina, et dechiara, che modo aliquo il Creditore non possi conseguire dal debitore pignorato se non tanto, quanto, è di sopra limitato, se ben da più alli Cavallari havesse esborsato, et chi sarà trovato contrafaciente cada alla pena de lire. 50. per cadauna volta da esser divisa tra lo accusatore et la Camera phiscale, et ulterius de carcere, et corda in arbitrio di esso locotenente, et di reffar in duplum quello, che da loro fusse sta tolto, oltra la limitation sopra scripta, et li patroni siano tenuti per li fattori, et agenti soi alla pena suprascripta pecuniaria.

Item perche alcuni Creditori, over soi agenti, et fattori oltra il debito se fanno pagar da cadauno debitore pignorato ſ 20. et più, et meno, asserendo cussì haver esborsato al Spectabile Dno vicario, over spect. Dno Capitaneo, per haver havuto la licentia de pignorarli, et niente dimeno per la licentia Generale haran pagato molto mancho, hinc est, chel se determina, et dechiara, chel non sia persona alcuna che ardisca modo aliquo, via, vel forma farsi pagar dali debitori cosa alcuna per tal conto, se no pro rata de quello, che haveranno esburssato per dicta licentia Generale, et se alcuno sarà ritrovato contrafar a questo ordine, caschi per ogni volta, et per cadaun debitor alla irremissibil pena de £ 100. de pizoli da esser divisa tra lo accusatore, et Camera phiscalle, ulterius de corda, et carcere in arbitrio del Clarmo logot., et de restituir in

dupplum quello, che de piu dela justa rata havessono conseguido, et li patroni siano tenuti per li agenti, et fattori soi alla pena suprascripta pecuniaria. —

Postremo perche li Creditori, over soi agenti, et fattori potriano dacordo cum li Cavallari commetter fraude, et manzarie à danno deli poveri debitori cum accordar li cavallari o altri officiali a un tanto al zorno, et cum loro in persona andar a far li pegni, et poi farsi pagar dali debitori pignorati le cavalcate como le fussono state a posta, se termina et dechiara che s'el sara ritrovato Creditor alcuno, over agenti, et soi fattori a far accordo alcuno cum ditti Cavallari, over altri officiali per farsi poi pagar dali ditti debitori pignorati oltra la imitatione suprascripta cascano alla irremissibil pena de £ 100 de pizoli per cadauna volta et cadaun pignorato da esser divisa ut supra, et ulterius de corda, et carcere sia in arbitrio del Clarmo logot., et etiam de resarcir in dupplum il danaro havuto piu del debito, et li patroni siano tenuti per li agenti et fattori suoi alla ditta pena pecuniaria.

Et perche fin hora per qualche cavallaro, tericho, o altro officiale, overo per lo Creditore, fattore, over agente si potria esser sta commesso dela fraude, et manzarie suprascripte, se fa intender a cadauna persona sia de chi esser si voglia, che se sentisse offeso, che senza rispetto alcuno debbiano comparere avanti el Clarissimo Signor logotenente, che li sara ministrata

rason summaria, et quelli che haura fallito sarà puniti juxta el Tenor deli ordeni suprascripti.

Terminationes, et ordines suprascripti de Mandato Clarissimi Dni Joannis Mauro pro Serenissimo et Inclyto Ducali Dominio Venet. patriae Forijulij Locumtenentis Generalis Dignissimi, et integerrimi publicatae fuerunt per Marinum Tubicinem sono Tube premisso alta et preconia voce legente mr Thoma pario notario ex Ducali Decreto ordinario Cancellariae Die Sabbati de mane .xvij. Mensis Novembris .1526. Indictione .xiiij. primo ad Scalas palatij Terminorum hora, et deinde ad Columnam in foronouo hora mercati astante populi multitudine Copiosa.

Comissiones Mag.ci Dnj Joannis Mauro Locumt. Patriae Forijulij ab Ill.mo Duc. Do. Venetiarum. M°. CCCCC°. XXVIJ.

Committimus Tibi Nobili viro Joanni Mauro Dilecto cive et fideli nostro, quod de nostro Mandato vadas in nostrum Locumtenentem Terrae nostrae Utini, et Totius patriae quam Terram, districtum, et homines Ipsius regiminis reges, et Gubernabis, et manutenebis ad honorem nostrum, et Communis Venetiarum. Et volumus quod cum Utinum applicueris, facias Convocari Consilium dictae Terrae Utini, ad quod debeas facere Convocari complures Cives, facere potueris secundum eorum Consuetudines, et Convocato dicto Consilio dicere, et exponere debeas, quod Dominatio nostra habens dictam Communitatem

apud nos Tanquam bonos et fideles nostros proprie recom-
missos, quia certi reddimur, quod erunt boni legales et
fideles nostri, Deliberauit ad bonam Gubernationem
dicte Ciuitatis, et Totius patrie te illuc in nostrum
locumtenentem ad representandum ibidem nostrum
Dominium, et ad habendum bonam Custodiam dicte Ci-
uitatis et Totius patrie, et ad regendum et disponendum
in regimen illius patrie et Terre secundum statuta
ordines, et Consuetudines suas secundum ordinem
et Continentiam Mandatorum nostrorum, de quibus
habuisti Commissionem a nobis, Hortando eos illis bonis
Congruis, dulcibus et pertinentibus verbis, que tibi
videbuntur ad bonam sinceritatem fidelitatis, et
pacificum, quietum, et utilem modum viuendi et
standi vnite in bono et perfecto amore, et dilectione in-
simul cum bona obedientia, et exequutione man-
datorum nostrorum, sicut de eis confidimus, et spem
latam habemus; in dicto autem Regimine stabis, reges, et
Gubernabis modis, et Conditionibus infrascriptis.

Item Sicut Captum est in nostro Consilio decem die
xxiiij. de febr. M°. cccc°. Lxxxiij. Tenebis de cetero claues
portarum Ciuitatis vtrim, et per officiales tuos illas claudi
et apperiri facies, sicut obseruatur in alijs Ciuita-
tibus, et Terris nostris.

Sub die xvj. Augusti. M°. cccc°. Lxxxiij. prouisum sit sic requi-
rente tunc Conditione, et importantia rerum, quod locum-

tenentes nostri patriæ forijulij elligerentur per scrutinium Consilij rogatorum, et per quartum manus elletionum in hoc consilio, et haberent de sallario Ducatos ducentos auri ad soldos .124. pro ducato in mense et ratione mensis, qui juxta formam partis remaneret in Centum et cum Conditione partis serviendi gratis quattuor menses, qui modus elletionis, et Conditio salarij Tantum durare deberet, quantum duret bellum cum Dno Turco, et quoniam ad pñs dies usque elligendus est successor viri Nobilis Dnj Joannis Emo equitis dictæ patriæ forijulij Locumtenentis Cum jam sequuta sit pax cum Dno Turco, facienda est Talis provisio, quod nulla dubietas possit oriri, et digna et honorabilis ellectio fiat, prout exigit importantia ipsius patriæ, quum pax cum prefato Dno Turco sit facta, propterea vadit pars, quod Locumtenens elligendus loco prefati Dnj Joannis Emo et Reliqui successores sui, qui per Tempora elligentur, habeant de sallario ducatos .100. aurj ad solidos .124. pro ducato in mense, et ratione mensis cum Conditione partis solvendo medietatem, quæ medietas remaneat in Camera nostra vtinj juxta formam ordinum nostrorum, et serviendi etiam gratis menses quattuor, in reliquis autem circa modum ellectionis suæ remaneat firma suprascripta pars capta in hoc Consilio, Die .7. mensis Augusti.

Qui esse debes per vnum Annum Tenendo ad Tuum sallarium et expensas famulos novem vz. domicellos et regatios in omni numero, et novem equos, Item Tuis sallario et expensis vnum Cancellarium, Item vnum | 1 ma 7 ioss in iou

Doctorem, cui facias expensas oris, et habeat de sallario duc.
centum viginti in anno, et ratione anni, que sallaria
Tua et Doct. solvantur de primis introitibus patriarchatus
faciendo teneri computum ordinate de omnibus introitib.
et redditibus, proventibus, ac denarijs, et alijs quibus-
cumque patriarchatui aquileiensi spectantibus, etiam faciendo
exigi illos nomine nostri Dominij prout, et sicut exi-
gebatur nomine patriarchae, et ut dictas exactiones, et com-
puta fieri facias ordinate, et complete, prout est in-
tentio nostra, volumus, quod debeas deputare, et con-
stituere duos ex illis nostris fidelibus ad exequendum
predicta dando eis ordinem et regulam exactionum
et computorum fiendorum tam in scribendo quam in faciendo
alia necessaria, prout cognoveris, et fuerit opportu-
num, videndo rationes de tempore in tempus, et omnia
ordinate procedant, et cessent fraudes, et deceptiones,
et accipies, et tibi dari facies de tempore in tempus
pecunias exactas, quas penes te conservabis pro bono
nostri communis.

Et ut dicta communitas cognoscat humanitatem et beni-
gnitatem nostram, sumus contenti, et placet nobis
quod dicta communitas se gerere, et gubernare secundum
statuta, et ordines, et consuetudines suas, et facere
eis elligere suos deputatos, et officiales, sicut
consueti sunt facere per ellapsum, et quod fiat ius in
civilibus secundum mores suos, et quod debeat de-
putare unum capitaneum in anno secundum quod

- civilibus

faciebat patria, ita tamen quod dominus noster, et idem Capitaneus debeat facere jus in Civilibus secundum mores suos, sicut faciebat tempore patriae, et quod approbationes Capitanei veniant, et ponantur ad te.

* Debeas insuper audire omnes differentias existentes infra Castellanos, et Castellanos, ac omnes alias differentias, et res, quae pertinebunt ad patriam, et illas terminare, et diffinire prout tibi secundum Deum et justitiam videbitur servatis ordinibus et consuetudinibus patriae predictae, et hactenus observatum est. — castellanos et castellanos

In Criminalibus autem volumus, quod arbitrium et libertas sit in te solo, et fiat debita justitia, et equalitas omnibus, reservato tamen semper officio advocatorum nostrorum Communis, verum si quid faceres, vel sententiares super aliquibus, quae forent de jurisditione tua, ubi non esset judicium de vita et membris, aut membro, et siquis se gravare vellet, et appellare, volumus, quod isti tales habeant recursum ad nostrum Dominium, seu auditores novos sententiarum, quibus huius modi res ex nunc volumus esse commissas. Verum appellationes spectet tibi, prout tibi spectabant patriae. Volumus quod dicta Communitas datia et introytus dictae Communitatis secundum quod dederint in scriptis provisori nostro, exigat, et exigi faciat, de quibus faciat expensas suas, et de dictis datijs et introytibus fiant solutiones, et restitutiones, quas ordinavimus fieri :— — in criminalibus — De vita aut membris

Debeas stare attentus ad assecurari faciendum patriam et teneri stratas securas, ita quod mercationes per

omnes stratas, et vias possint continue cum bona securitate defferri habendo semper ad hoc omnem solicitam diligentiam et solicitudinem opportunam, prout de prudentia et virtute tua spem sinceram gerimus informando per tuas litteras Dominium nostrum de tempore in tempus, subinde et de conditione patrie, et de securitate stratarum, simus per te informati ad plenum, et quando, et si nostro Dominio apparebit, providere possimus, prout nobis videbitur conveniens:—

Item observabis quantum ad te spectat infrascriptam partem captam in nostris Consilijs Rogatorum et additionis huius tenoris videlicet: quod de cetero quilibet rector in reditu suo postquam applicuerit Venetias, teneatur infra unum mensem ire, vel mittere ad officiales rationum ad faciendum rationem cum eis, et ad solvendum illud, quod debet dare, et refundere nostro Communi pro familia, et quolibet equo, qui sibi deffecisset, et pro tanto tempore quanto sibi defficeret, alicui Rectori aliquis de sua familia habeat terminum ad remittendum alium xij. dies, et si remiserit ad dictos terminos, nihil teneatur reffundere dicto Communi pro eis, si autem non remiserit ad terminos predictos, tunc debeat reffundere Communi a die, que sibi deffecerit usque ad diem qua remiserit in ratione predicta, et hoc observare teneatur quilibet Rector sub pena L quingentarum, et nihilominus teneatur ad solvendum id, quod debebit pro dictis deffectis in ratione superius

expressa, Cuius pene medietas dividatur Inter Commune nostrum, et officiales rationum, quod deberet aliquid dare, vel reffundere, Tunc idem Rector subiaceat parti Capte in maiori Consilio de modo servando contra illos, qui non solvunt, postquam eis preceptum fuerit per officiales predictos rationum.

Insuper Mandamus tibi cum nostro Consilio Rogatorum, quod Commissionem, quam dedimus Thesaurario nostro patrie, debeas cum effectu observare, et facere pro eo quod tibi spectat, observari, non permittendo aliquem, qui debeat esse de Tua familia, et ad soldum Tuum, habere soldum nostri Communis sub pena ducatorum decem pro quolibet ducato valoris totius eius, quod ille recepisset, et privationis Regiminis.

Preterea non potes Angarizare pro Tuo servitio, vel alieno, accipere, seu mittere aliquem stipendiarium equestrem, vel pedestrem, nec equos eorum, vel Roncenos extra Civitatem Utinj ullo modo, nisi pro servitijs communis venetiarum, aut Utinj, etc.

Et Non potes Tu, vel aliquis de Tua familia recipere ab aliqua persona donum ullum, aut presens ullo modo vel ingenio, nec potest aliquis de Tua familia habere Commissionem ab aliqua persona causa placitandi pro ipsa.

Tu, nec aliquis de Tua familia non potes facere, nec fieri facere mercationes, nec Tenere Tabernam, nec haber Tabernam, vel partem in datijs nec emere, seu emi facere aliquam possessionem In Terra Utinj, neque in aliqua parte forijulij Toto Tempore huius Regiminis.

Et si uxor tua, vel heredes tui tam masculi quam feminę intelligendo heredem ab annis sexdecim supra, seu socius tuus, aut aliquis de tua familia fecerint aliquid, quod tibi sit vetitum per tuam Commissionem et fuerint accusati nostro Dominio, seu Advocatoribus Communis, debes esse responsator, et pagator de omni eo, quod Advocatores convincerent in Consilio in quo te placitare vellent.

Et non potes sub debito sacramenti per totum tempus tui Regiminis, nec per annum post contrahere seu contrahi facere matrimonium, nec impetrari facere aliquam prebendam vel beneficium locis tui regiminis ullo modo.

Non potes, nec debes angarizare, nec cogere aliquam personam tam tibi subiectam, quam aliunde pro tuis ?ulnasijs, blado, et feno, vel alijs, nec accipere posse aliquem currum, seu animalia alicuius, vel aliquarum pro deferendo de predictis rebus tuis, nisi eis feceris debitam et iustam solutionem tanquam si fores aliqua specialis persona etc.

Item observatis infrascriptam partem captam in nostris consilijs rogatorum et additionis etc. quia communitatibus, et hominibus terrarum et locorum acquisitorum de novo sunt facte multe provisiones concessiones, et pacta, et alia similia, et omni die comparent personę cum petitionibus, et alias informationes dant, et provisiones fiunt, per quorum interdum pro non habendo menti ea, que promissa vel concessa sunt, scribuntur litterę, et fiunt

precepta Rectoribus in forma, que sunt forte contra dictas promissiones, et pacta, vel concessiones. Et hoc multe inconvenientie secute sunt, et sequi possent in diminutionem fidelitatis dictorum subditorum nostrorum, et bonum sit providere, vadit pars, quod scribatur et mandetur omnibus nostris Rectoribus dictorum locorum et Terrarum acquisitarum de novo, et addatur in eorum commissionibus, quod debeant dictas promissiones et pacta, vel concessiones nostras observare ad literam, prout iacent, et omni vice, qua tibi scriberetur, vel mandabitur aliquid per nostrum Dominium, quod sit contra pacta, concessiones et promissiones nostras debeas rescribere, et informare nos in quo, et qualiter illud tale mandatum sit contra pacta, concessiones, et promissiones per nos factas, et nostrum Dominium possit providere, aut per dominium aut per Collegium, aut cum consilio rogatorum prout melius et iustius videbitur.

Committimus etiam tibi, quod omnino stare, et habitare debeas cum familia tua in castro Utini toto tempore, quo ibi stabis, et non in aliquo loco terre Utini, et si non habitabis in ipso castro, non debeas habere nisi medietatem tui sallarij, sicut deliberatum est per nostrum consilium rogatorum, et in ea parte etc.

De cetero ordinetur, quod aliquo modo, forma, vel ingenio per aliquem cuiuscumque conditionis existat, non possit caricari super barcha, vel aliquo navigio in aliquo flumine, aqua vel portu, nec in aliquo alio portu patrie Foriiulij ferrum alicuius sortis, nisi in portugruario sub pena, et stricturis contentis in

parte noua Contrabamorum, et Committantur hec jnqui-
rendo omnibus Rectoribus dicte patrie, et alijs no-
stris rectoribus vel officialibus Tam jntra dictam
patriam quam extra, et Tam jntra venetias quam extra,
quibus facta foret aliqua conscientia de aliquo
Contrafaciente habentibus partem dicte pene, et
jn parte noua Contrabamorum Continetur, verum
et melius obuietur Contrabannis predictis, ex nunc
Captum sit, quod deputetur jn portugruario vnus scriba,
qui debeat esse ad omnem mandatum et obedientiam
potestatis nostri portusgruarij, qui vero scriba ha-
beat bonam diligentiam jn scribendo et Tenendo
ordinate Computum Totius ferri, quod jlluc per quos-
cumque Conducetur, et matios et sortem eius, et
Cuius erit, et deinde quando Caricabitur, debeat
accipere jdoneas et sufficientes plezarias a patro-
nis barcharum, et nauigiorum, jn quibus huiusmodi
ferrum Caricabitur, quod jllud conducent venetias
et non aliter, et debeat dictus scriba facere
patronis Contra litteras de quantitate, et sorte
et matijs ferri, et cuius erit, et jn eis Contralit-
teris notare nomina patronorum, de quibus Contra-
litteris, et quantitatibus, matijs et sortibus ferri
jllud conductis vt supra, et de nominibus quorum
ordinatum faciat vnum quinternum, quem singulo
mense Teneatur mittere officialibus nostris Tabelle, ut

possint inquirere contra eos, qui contrafecerit, et ordinet q. scriba faciat dictas contralitteras, unam pro barcha, et sub tot nominibus, quot erit ferrum carricatum habendo pro qualibet contralittera solidos quattuor parvorum, et debeat dictus scriba facere unum registrum dictarum bullettarum, quem debeat dare potestati nostro portus gruarij, qui potestas illud ducere debeat in fine sui regiminis presentandum dictis officialibus, verum si quis inventus fuerit contrafecisse presenti ordini, quisquis sit, subiaceat omnibus dictis penis et stricturis, et nihilominus ultra dictas penas et stricturas patroni predicti contrafacientes amittant barcham, et non possit eis fieri gratia, donum, remissio sub omnibus penis, et stricturis predictis, et ponatur hec pars in commissione locumtenentis patrie foriiulij.

Item observabis partem infrascriptam, q. de cetero nullus iudeus, vel iudea possit emere, vel acquirere in aliqua terra, vel loco nostro aliquam possessionem vel domum alicuius sortis, vel aliquid aliud stabile sub pena perdendi dictam possessionem ~~vel~~ domum et aliud stabile sic emptum vel acquisitum, q. veniat in nostrum commune, et si accusator fuerit, per quem sciatur veritas, habeat medietatem, et teneatur de credentia, et reliqua medietas sit nostri communis, preterea quia est omnino providendum, q. in terris, et locis nostris iudei, vel

iudei

judeę, qui in aliqua Terra et loco nostro habent aliquam possessionem, domum, seu aliquid aliud stabile, Teneantur, et debeant dictas possessiones, Domos, et dictum stabile vendidisse, et alienasse infra biennium à die, qua presens pars fuerit publicata in eis locis, ubi habent dicta bona, quod si non observabunt, et negligentes fuerint executioni mittere infra prescriptum Tempus, amittere debeant omnia predicta bona stabilia, quę non alienassent, et veniant in nostrum commune, reservato ipsis judeis omni eo, quod sibi appareret promissum esse per nostra privilegia, et scripturas dumtaxat in iudaicis Terrarum nostrarum maritimarum, et si accusator fuerit, per quem sciatur veritas de predictis, habeat medietatem, et alia medietas sit nostri Communis, et de predictis vel aliquo predictorum non possit fieri Gratia, Donum, remissio, recompensatio, nec aliqua declaratio, nec presentis partis revocatio, vel suspensio sub pena ducatorum [illegible] pro quolibet Consiliario, Capite, sapiente, vel aliquo ponente, vel consentiente partem in Contrarium, et predicta committantur inquirenda, et exequenda Rectoribus locorum nostrorum et Advocatis Communis habentibus partem, ut de aliis penis sui officii superius expressis.

Mandamus Tibi cum nostro Consilio rogatorum quod in acceptatione Regiminis non possis facere aliquam arengam seu sermonem, sed solum dicas Ego accepto istud

Regimen nomine Illustrissimi Dominij veneti, similiter
In consignatione dicas, Ego Consigno vobis hoc regi-
men nomine Illustrissimi Dominij veneti sub pena li-
brarum .v.c et privationis omnium Regiminum per
Annos duos.

In iustitijs autem proferendis solum dicas hec verba, sicut
scriptum et lectum est, ita dicimus per sententiam etc.

Mandamus Tibi cum nostro Consilio Rogatorum quod sub pena
ducatorum mille in Tuis proprijs bonis, provideas, quod nullo
modo Consentias, quod sub regimine tuo aliquis habeat
aliquod beneficium ecclesiasticum redditus ducatorum
centum, et inde supra, nisi presentaverit litteras
Dominij nostri de Temporalibus bonis sibi Consignandis
exceptis beneficijs a ducatis centum infra, Ceterum
omnes illos, qui non essent Cives venetiarum, aut
Cives Terrarum et locorum nostrorum, aliquod etiam mini-
mum redditus ecclesiasticum beneficium non accep-
tabis, nec illos illa beneficia habere permittes
sub pena ducatorum .v.c et si forte pro aliquo forense
tibi scriberemus, supersedeas dare ei, quoniam
intentio nostra est, quod fideles subditi nostri ceteris
omnibus ad illa beneficia preferantur.

Item, nec aliquis Rector noster, sicuti per nostra Con-
silia Rogatorum et additionis provisum est .1475. die
.18. Iunij, non potest modo aliquo vel ingenio scriber
vel scribi facere sub aliquo nostro Armigero, vel

aliter ad soldum, vel ad stipendium nostrum per totum tempus
tui regiminis, nec per duos menses postquam exieris de re-
gimine illos equos, quos tibi per nostrum Dominium con-
cessi fuerint, posse vendere vel cambiare.

Si tibi, aut alicui Rectori nostro vel officiali concedetur licen-
tia standi per aliquod tempus extra suum regimen
vel officium per nostra consilia rogatorum et additionis
.1475. declaratum et statutum est, quod debeas perdere
sallarium tui regiminis per totum illud tempus, quo
extra dictum regimen vel officium stabis, et non potest
tibi aliter concedi quam cum dicta conditione perdendi
sallarium sub pena ducatorum centum pro quolibet po-
nente, et consentiente partem in contrarium, ex-
cepto si per nostrum Dominium per te mitteretur pro
factis nostri Communis, et propterea teneris, antequam
de regimine exeas, ponere in nostrum Commune totum
quod debes restituere dicta occasione sub pena
perdendi dupplum eius, quod deberes restituere.

Non vesties vestes lugubres toto tempore tui regiminis
pro aliquibus ex tuis affinibus sub pena ducatorum
centum in tuis propriis bonis, salvo quod possis pro patre,
matre, filio, vel filiis diebus octo, et non ultra
et similiter pro fratribus, et pro uxore, non por-
tando clamidem ullo modo.

Non potes conducere tecum, vel habere aliquem pro vi-
cario, iudice, aut comestabile barroeriorum, qui non

sit natus in Terris, et locis nostris, aut Civis venetiarum
per privilegium de jure contentum, et non per gratiam
sub pena Tibi Rectori L. cc. quarum medietas sit
Communis, et si erit accusator habeat Tertiam partem,
nec subiaceant huic ordini illi forenses, qui de Terris
et nostris locis accepissent uxores, et cum ipsis uxo-
ribus, et earum familijs habitassent per quinquennium
in aliqua Terra, et Loco nostro, et si aliquis vica-
rius, judex, aut comestabilis barueriorum contra-
fecerit huic ordini, sit privatus perpetuo omnibus
officijs et beneficijs Communis venetiarum, que
in quantum ad te pertinent, observabis.

Siquis Captus per suspitionem liberabitur, vel rela-
xabitur, Mandamus tibi cum nostro Consilio Rogatorum
quod sub obligatione sacramenti non permittas vica-
rios, judices, et Cancellarios, scribas, Comestabiles
barueriorum, socios, milites, et omnes alios offi-
ciales deputatos ad Criminalia percipere solu-
tionem, et emolumentum aliquod aliquo modo, quod
si perceperint, priventur perpetuo suis officijs etc.

Mandamus Tibi cum nostro Consilio decem, quod omnes
Taxillantes Condemnare debeas habendo Tertium
pene, dando aliud Tertium accusatori, qui Teneatur
secretus, et aliud Tertium mittere Dominio nostro
i. Capitibus, aut Camerario nostro Consilij decem,
verum si quis luderet a ducatis quinque infra,
et Tu pro Tua prudentia Considerata Conditione

personę, loci, et materia ludi; ac consyderato Tempore videatur tibi mitius esse procedendum ad Condemnationem, in Tua discretione, et Arbitrio committimus, ita Tamen quod statuta et ordines Ciuitatis et loci tibi Commissi serventur, et Tertium Condemnationis ad Camerarium Consilij decem deueniat, et si Tuus Cancellarius non Tenuerit de huiusmodi condemnationibus Computum ordinate, et de Tempore in Tempus non dederit Capitibus aut Camerario Consilij decem noticiam, soluet Camerario Totam Condemnationem de suo proprio absque ulla Gratia.)

Item et ea, quę in nostris Consilij statuta et ordinata sunt, que expectant, et exequenda sunt, non reuocentur, retractentur, suspendantur, uel impediantur ab aduocatoribus Communis, Tibi iusserint aliquid contra partes et ordines nostros cum Consilijs tibi datos, non obedias, sed id denotare nostro Dominio et Capitibus Consilij decem, et similiter non obedias auditoribus Sententiarum Tam vethoribus quam nouis, si Tibi scriberetur, quod retractares, suspenderes, vel impedires aliquid, quod tibi cum nostro Consilio mandatum fuisset.)

Item obseruatis, quod saluis omnibus ordinibus, et partibus captis in isto Consilio loquentibus de obseruatione priuilegiorum, et promissionum factarum Communitatibus Terrarum et locorum nostrorum in acquisitione earum, omnia intromissa, suspensa et

declarata quouis modo per dictos Auditores, vel Inquisitores Syndicos, et aduocatores, et nondum per eos expedite a tempore dictarum partium captarum in isto consilio citra contra dicta partes auctoritate huius consilij retractentur, et pro cassis, reuocatisque habeantur, reuertentibus ipsis causis intromissis, suspensis, et quoquomodo declaratis in eo statu, et esse, ac vigore, et robore, in quibus erant ante dictas intromissiones, suspensiones, vel declarationes.

Captum est, quod de aliquibus condemnationibus factis, vel fiendis per Rectores nostros a parte terre non posse fieri aliqua suspensio illarum per aduocatores, Auditores, vel alia regimina et officia nostra aliqua causa vel occasione, nisi per annum, aut duos menses ad longius, in quorum fine teneatur rectores illa omnino exigere, aut exigi facere secundum formam suarum commissionum, et ordinum ciuitatum, et locorum, in quibus erunt Rectores, et si per dictos aduocatores, et alios imponeretur aliqua pena dictis Rectoribus, quod obseruent dictas suspensiones, non teneantur, nec debeant obseruare, neque subiaceant alicui pene, nisi captum fuerit per istud consilium, verum si quis se appellauerit ad aduocatores, et auditores, ac syndici intromitterent aliquam de dictis condemnationibus, quam ducere non possent ad consilia, vel illam expedire, quia Rectores vellent esse presentes, hoc casu teneantur Rectores suspendere exactionem dictarum condemnationum,

donec ille appellationes, vel intromissiones receperit finem, intelligendo de Condemnationibus, de quibus potest appellari, propterea, quia multi Condemnati recedunt de locis, in quibus sunt Condemnati et vadunt ad alias Terras, et loca nostra; donec Rectores, qui eos Condemnauerunt, recedunt de regiminibus, et per hunc modum multe Condemnationes vadunt in oblivionem; Captum, et ordinatum sit, quod omnes rectores nostri a parte terre Teneantur sub debito sacramenti Compellere realiter omnes Condemnatos Terrarum nostrarum ad petitionem Rectorum illorum locorum, in quibus facte sunt Condemnationes etc.

Si Convictus fueris Te furatum fuisse pecuniam Dominij nostri, Condemnaberis ut fur ad restituendum illud, et Tantundem pro pena, et privaberis perpetuo omni honore, Nobilitate, officijs, et beneficijs, et singulo Anno publicaberis pro fure, sicuti in nostris ordinibus Continetur.

Armam Tuam ponere non potes, nisi in vno loco vbi magis tibi placebit, que sit simplex non excedens valorem ducatorum duorum sub pena ducatorum centum pro vna quaque Arma, et soluendi de Tuo Totam expensam aliter factam, et debes habere, et Continuo Tenere in dicto regimine Arma necessaria pro te, Comilitone, et damicellis Tuis.

Siquis de Cetero in nephandum scellus blasphemie incidisse inventus fuerit, non possit minori supplicio incisionis lingue puniri per modum vt loqui nõ

possit, et Consiliarij, et Capita de xlta Aduocatores Comunis, et omnes alij ponendarum partium libertatem habentes non possint minoris pene partem ponere, sed maioris, si eorum conscientie videbitur secundum delinquentis peccati conditione sub pena cuilibet eorum jn parte furantium contenta, vt justitie, jn qua Ciuitatum salus maxime consistit, sicut par est, et diuinum preceptum veneretur, et seruetur hec lex sancta ad hominumque malitias necessaria jn omnibus Ciuitatibus, et locis nostris Tam à parte Terre, quam etiam a parte maris.

Item obseruabis infrascriptam partem videlicet quod auctoritate huius Consilij scribatur, et mandetur omnibus Rectoribus nostris, quod quandocumque per aliquem Rectorem, et Comilitonum nostrorum rectorem, vel per alias quascumque personas captus fuerit aliquis Condenatus, vel Condemnandus ad mortem si per statuta Ciuitatum vel per ordines nostros jn jllis huiusmodi delinquentibus non fuerit data Talea vel decreta vtilitas capientibus, jntelligatur quod auctoritate huius Consilij jlli Tales, qui ceperint vt supra condemnatus, vel condenandos ob mortem habere debeant libras centum paruorum pro quolibet delinquente soluendas de bonis Condemnatorum, si fuerint, si secus ex pecunijs Nostri Dominij, pro quolibet autem Condemnato, vel condemnando ad àmissionem membri, libras quinquaginta

quem ceperint, habeant libras L.ta solvendas modo predicto. —

Item observabis, quod aliquis, sive nepos, aut cognatus sive affinis Rectorum nostrorum vendere non possint alicui stipendiario, aut provisionato nostro aliquem equum, aliquem pannum laneum, vel sericum, aliquam vestem, suppellectilem, argentum, jocale, mercimonium, sive aliquam aliam rem quovis nomine nuncupatam, nec ad contractum sub pena perdendi rem venditam, et tantudem quod sit nostrorum advocatorum, et nihilominus Rector ille, cuius filius, sive nepos, aut alius vendidisset, cadat ad omnes penas per suprascriptum ordinem nostrum expressas, ac si ipsemet vendidisset, et similiter aliquis cancellarius, comilito, vicarius, judex, comestabilis sub pena ducatorum mille.

Statutum est, quod auditores de cetero in causis datiorum exemptionum, et immunitatum concessarum per nostrum Dominium subditis nostris, item pecuniarum nostri Dominij nullo pacto se se impedire valeant sub pena ducatorum centum pro qualibet et singula vice, si contrafecerint, Rectores vero terrarum, et locorum nostrorum sub dicta pena non exequantur aliquas litteras, quas prefati auditores scriberent in contrarium presentis partis: —

Che Tutti quelli, che sotto velame de chiereza, o altro religioso habito sono venuti si jn questa cita nostra Come jn Tutte le altre Citade, et Loci nostri doue sono bandezati, ouer Condemnati, fra Terzo zorno siano leuati, e expulsi, et priui de poterne piu venire, et se da quel zorno jndrieto si lasseranno trouar, damo sia preso, et non obstante chiereza, grado, o habito alchuno ecclesiastico, o religioso, che hauessono Tolto da poi le loro Condemnation, siano jn Carcerati, et jn preson serrati siano anni Cinque, et poi siano ritornati alli soi bandi, et Tutte le altre Condition de Condemnation sue, et hoc Toties quoties, et habbino li rectori, et presentatori de questi Tali £ 1000. per ogniuno de loro deli soi proprij beni toties quoties, et non hauendo da pagar, la Signoria nostra pagi £ 500. deli denari nostri, et questo se jntendera per quelli che hano pena de vita, membro, ouer membri, ouer perpetuo exilio, et etiam per quelli che de cetero fussero Condemnati a Tale pene, quelli veramente che a Tempo fossero Condemnati, et rompessero le loro Condemnation, se per quelle doueranno star Tempo alcuno jn preson, non veramente pena de preson, siano vn anno jn preson serati, et iterum retornino al suo bando, et le parte non si possono suspender dechiarir, ne altramente jmpetrar, se non per Cinque Consiglieri, Tre Capi de xl.ta et li doi Terci del mazor Conseglio:~

Sciatis quod Gestatio, et usus arcuum cum sagittis ferratis omnino Bannitus et interdictus est districtualibus, et siquis eorum repertus, aut visus fuerit cum arcu et sagittis in itinere, aut super aliquo festo vel alibi, cadat qualibet vice, qua contrafecerit ad penam quattuor squassium corde sibi dandorum immediate per Rectores nostros, et ad solvendum libras centum, et standi uno anno in carcere, et accusator habeat medietatem pene pecuniarie, et teneatur de credentia, et committatur presentis partis exequutio omnibus nostris Rectoribus.~

Item observabis partem captam in Consilio nostro decem de jocalibus falsis, quam in Cancellaria tui regiminis registratam invenies sub die 28. mensis aprilis. M. cccclxxxvij.

Insuper committimus tibi cum nostro consilio decem quod quando tibi continget scribere consilio decem nostro in subscriptione dicas capitibus consilij decem etc.

Item observabis partem captam in Consilio decem .1479. die xxj. augusti, quod auctoritate huius consilij statuatur, quod in posterum denarij non possint distribuj in alijs rebus nisi in illis, ad quas sunt deputati per formam ordinum superinde captorum, de cetero non possit fieri aliqua partita dispensationis denariorum predictorum nisi de licentia, et consensu tuj locumtenentis patrie fori iulij, et successorum tuorum, qui per tempora erunt, et in partitis fiendis per deputatos semper notare debeat et

Teneantur declarare in partitis distributionem eorundem denariorum, causam, et causas expensarum, et ut semper videri possit administratio denariorum prefatorum pro toto tempore regiminis sui, et sic successores sui ceteri teneantur in fine regiminis sui afferre secum copiam continentem introytum, et exitum denariorum prefatorum, quam afferens redactam in saldo et reliquum eam consignando, seu consignari faciendo officialibus nostris rationum veterum, per quas ipsi revideantur, et qui officiales non debeant, nec possint acceptare partitam aliquam, in qua non fuerit specificata causa expensarum, et habeant idem officiales illam ipsam auctoritatem, et potestatem procedendi super erroribus et doliis, quos invenirent cum illa ipsa utilitate, quam haberent de aliis rebus sui officij.

Item observabis partem captam in Consilio nostro decem, die 28 augusti 1482 quod ex nunc captum sit, quod communitas ulla pro quacumque causa cuiusuis importantie sit, non possit mittere ad conspectum Dominij nostri, vel capitum huius consilij, vel alterius magistratus venetiarum plures quattuor oratores, vel nuncios ad summum, excepto pro tempore congratulationis creationis Serenissimi Domini nostri Ducis sub pena ducatorum ducentorum locumtenenti, qui faceret illas litteras ipsis credulitatis contra presentem ordinem nostrum exigendorum per advocatores communis sine aliquo consilio, et ulterius expense per illos tales facte intelligantur facte, et fiant ad damnum et expensas venientium et non illius communitatis.

Essendo introdutta una pessima, et dannosa consuetudine chel piu dele volte li nostri Syndici si de Terra, come de mar guastano li Regimenti cum accressimento de sallario, ouero sminuir le Tanse alli Gouernatori cum danno dela nostra Signoria, et essendo necessario al Tutto proueder, considerando etiam le spese grande hanno per andar a essi rezimenti, l'andera parte, che alcun nostro Syndico de mar, et de Terra, ne alcun altro ministro possa Tuor, ne sminuir alcuna utilita, regalia, jurisdition ad alcun nostro podesta, Capitaneo, proveditor, rector, Conseglier, Camerlengo, Castellano, et soi officiali, ma sia ben licito a essi Syndici volendo Tuor, o sminuir alcuna utilita, far jnteruenir al men doi deli piu noui che siano stati jn regimento, al qual vorano sminuir le utilitade, accio si essi Syndici contra el justo volessono ottegnir, possino essi sopradicti officiali dechiarir la veritade, et che'l conseglio non sia jngannato, et Tutto quello, che per esso conseglio fusse preso, sia fermo, et debbia esser obseruato; et se altramente altramente se Trouasse esser facto, de quanto e dicto non Tegna, ne vaglia jn alcun de nostri officiali, et Rectori predicti, non debbano, ne siano Tenuti de obseruar, et acciache questo ordine sia jnuiolabiliter obseruato, se statuisse pena de ducati. 500. à quelli, che alcuna cosa facesse ouer consentisse contra questo ordine, laqual

pena possi esser scossa per li Avogadori de commun senza
alcun conseglio, la mita de laqual sia sua, et laltra
dela signoria nostra et non lo facendo loro habbino
questa medema auttorita li capi de .xl.ta non possendo
esser revocada, ne suspesa la presente parte, ec-
cetto per j sei conseglieri, tre capi de quaranta, et
li tre quarti del gran conseglio.

Item observabis partem captam jn maiori consilio die
.24. Martij .1482. quod omnes Rectores nostri debeat
ad Terminum dierum quattuor postquam Venetias applicue-
rint presentare et dare officio advocatorum com-
munis omnes processus formatos ad jnquirendum
contra quoscumque jn tempore sui regiminis
nullam jpsorum apud se copiam tenendo, nec teneri fa-
ciendo, nisi solum condemnationes jn uno libro scriptas
ordinate que dimittantur jn cancellaria suorum
regiminum, et hoc sub pena jpsis rectoribus contra-
facientibus ducatorum .1000. et privationis omnium
officiorum et regiminum nostrorum per quinquennium
et cancellarij, coadiutores, vel alij, qui aliquam jpsorum
processuum copiam facerent, vel apud se tenerent
contra hunc ordinem nostrum cadant ad .v.c par-
vorum, et priventur per decennium omnibus can-
cellarijs et officijs, cuius pene medietates sit
accusatoris, et alia nostri Dominij, qui processus
teneantur ordinate jn duobus vel tribus armarijs
jn officio advocatorum communis, quorum claues teneant
per jpsos advocatores communis, sed quando aliquis

condemnatus se presentauerit ad inquirendum, et tunc eo casu processus contra eum formatus remittatur ipsi rectori, ut ipso bene viso et intellecto ius et iustitiam ministrare possit contra condemnatum iuxta qualitatem sui delicti, a contrafacientibus vero pena exigatur per aduocatores communis, vel per capita de xl^ta sine alio consilio etc.

Captum est .1503. die 26. julij in consilio decem, et statutum quod omnes illi, qui banniti sunt, et de cetero bannientur tam perpetuo quam ad tempus per rectores nostros, pro malefactis banniti quoque intelligantur de locis nostris cambrarum scilicet ordeati et buteati per tempus condemnationum suarum, ad quae si presumpserit poner pedem, et capti fuerint, subiaceant omnibus penis contentis in eorum condemnationibus contra ipsos exequendis tam si capti fuissent in loco ubi principaliter habuerint, vel habebunt exilium, et illi qui illos ceperint, consequantur taleam librarum quingentarum soluendarum ex bonis captorum, et si non fuerit soluendum soluatur ex pecunijs dominij nostri, et hoc ultra alias taleas, quas ipsi banniti haberent.

Verum ut tam omnes banniti, quam de cetero bamiendi per omnes rectores nostros tam a parte maris quam terrae habeant causam eundi et standi extra confinia banni eorum, et obediendi condemnationibus eorum, captum est, et auctoritate huius consilij statutum sit, et ita etiam publicari debeat in omnibus terris et locis nostris, quod si banniti, et qui post hac bannientur, permiserint se reperiri in terris, vel

districtibus et Confinibus per condemnationes suas
factis, et prohibitis transfaltis octo diebus post pre-
sentis ordinis publicationem, intelligantur esse
banniti, et sint de omnibus Terris et locis nostris
etiam de Ciuitate Venetiarum, et districtu, in quibus
capi possint, et ad supplicium, et alias penas trahi pos-
sint, non secus ac si in principalibus locis bannorum
suorum fuissent rettenti, et qui illos ceperint, habeat
Taleam superius expressam ultra etiam omnes alias
Taleas, quas ipsi banniti haberent.

Ponatur hic ordo in Commissionibus omnium Rectorum no-
strorum, quibus ex nunc sit commissum, quod occurrente
casu rettentionis alicuius predictorum bannitorum vel
banniendorum, debeant illum Talem, vel illos in fortias
illius rectoris, ubi fuerint Condemnati, ut per
illum contra illos habeat exequi mentionem pre-
sentis ordinis nostri, et pro Tollendo omnibus viam
excusationis, ordinatum sit, quod rectores nostri in pri-
cipio sui regiminis Teneantur, et debeant hunc pre-
sentem ordinem nostrum publicari facere, ut omnibus
pateat etc.

Scire etiam debes in nostro Consilio decem sub die .15.
Maij .1476. Captum fuisse, quod aliquis rector, aut Castel-
lanus alicuius Terre, et loci nostri non possit, nec
debeat aliquo modo, vel ingenio directe vel indir-
recte ponere manus in montionibus frumenta-
rijs, et aliquiunscumque per causam renouandi, ven-
dendi, vel aliter alienandi illos sine expressa li-
centia prefati Consilij decem sub pena ducatorum mille

exigendorum illico, et privationis regiminis, et castellanarie sue, et cuiuscumque alterius officij sui, et beneficij, ac regiminis per annos, et ipsi castellanj sub dicta pena non debeant obedire in hoc ipsis Rectoribus sine expresso mandato, et litteris prefati consilij decem, Teneanturque ipsi castellanj fortilicior in exitu regiminis Rect. illorum Terrarum facere inventarium cuiuscumque generis munitionum Tam bladarie quam aliarum, et illud dare ipsis rectoribus mittendum huic consilio, et addatur in eorum commissionibus etc.

Scias quoque sub die 16. octobris 1504. in dicto nostro Consilio decem captum fuisse, quod de cetero pro illis bannis pro Talea contrafacientibus bannis suis, pro quorum captura deberet Talea in executionem et observatiam ordinum consilij nostri decem, non debeas nec possis dare Taleas illas captoribus, et rettentoribus illorum, nec illis fieri facere bullettas Talearum sine precedente scitu, licentia, et deliberatione prefati consilij nostri decem sub pena solvendj de suo Tantum, in quantum facere presumpseris, et sic compellaris per advocatores communis, et hoc ipsum facies et observabis pro omnibus alijs bannitis, pro quorum captura deberet quomodolibet Talea in executionem et observantia ordinum consilij decem prefati:

Sub die autem 26. septembris in nostro Consilio

rogator. captum fuit ut infra, et sta obseruabis
che de cetero per alcun rector nostro non sia fatta
bolletta, ne se pagino piu per le camere nostre cera
carta, inchiostro per le cancellarie sotto pena de
ducati cento, ma quelle spese siano fatte per li
cancellieri, Cum iustum et honestum sit, quod qui
senti commodum, et incommodum sentire debet,
et ponatur presens pars in Commissionibus om-
nium rectorum.

Item in dicto Consilio Rogator. captum fuit sub die. 15.
octobris. 1504. et sic obseruabis ut supra, Sia
statuido, che de cetero tutti quelli seranno banditi
ad inquirendum per tutti li rezimenti nostri habbino
tempo de presentarse mesi. 16. dapoi hara finito
el rezimento quel rector li hauera banditi, passato
quel tempo non se presentando, se debba contra
de loro, come se i hauessero confessa el delicto pro-
ceder, per el qual se fussero absentadi, quelli autem
fussero stati fin hora ad inquirendum habbino etiam
loro mesi. 16. a presentarse dal di dela publicatiò
dela presente parte, el qual tempo passato, et non si
apresentando proceder si debbi etiam contra di loro
como se hauessero confessa el delicto, per el qual se
fussero absentadi, Reseruato tamen à cadauno
poter sempre hauer gratia dali consegli nostri
come è conueniente etc.

Sappi anchora esser sta firmamente delibera et preso per

.el conseglio de diese adi. 14 novembre. 1504. Accio Tu habbi causa de diffender viril et gagliardamente conservar, et mantegnir la cita à ti commessa a honor, et bon stado dela signoria nostra oltra la pena dela Testa statuida a quelli, che vendesseno over Trattasseno de vender le cita nostre a nemici, che subito soccori (quod deus avertat) che questa cita nostra sia occupada da nemici la cognition castigation, et punition tua spetti, et partegni al dicto nostro conseglio de x. li capi del qual sotto gravissime pene sono Tenuti seguito subito el caso formar processo, et adur al conseglio per ministrar justitia, et per questo effecto tu sei Tenuto fra zorni xv. immediate dapoi seguido il caso venir in questa nostra cita, et presentarti alli capi del predicto conseglio, et non venendo fra dicto Termine, si debba vet supra proceder contra dite La Tua absentia non obstante :–

Captum est in rogatis, quod omnes salviconducti facti sunt concessi per rectores nostros absque licentia huius consilij, sive aliorum consiliorum ad hoc libertatem habentium delinquentibus bannitis de Terris sibi commissis sint auctoritate huius consilij, et esse intelligantur irriti, nulli, et cassi, nec valeant, aut Teneant ullo pacto ut pote concessi indebite, et indirecte, de cetero autem concedi non

possint ullo pacto per Rectores, judices vel officiales nostros, Tam intus quam extra aliquis Salvus conductus alicui bannito propter Crimina Commissa Cuiuscumque Sint Generis, Sub pena immediate privationis Regiminis, vel officij, quod haberent, et omnium aliorum regiminum officiorum et judicatuum Tam intus quam extra per decennium, et ducatorum cc. quorum medietas sit accusatoris, per quem veritas habeatur, et alia medietas advocatorum nostrorum, quibus committatur executio presentis partis, et si advocatores essent negligentes, Capita de xl.ta Tam superiora quam inferiora possint exequi omnia predicta, et habeant partem tangentem advocatis Communis. Cancellarij vero Rectorum, sive alij, qui huiusmodi salvos conductos scriberent, cadant ad mediatam penam privationis Cancellarie, sive alterius officij, quod haberet, et privationis perpetue omnium et quorumcumque officiorum in dominio nostro, et nihilominus solvant ducatos cc. distribuendos eo modo, et forma quibus superius de rectoribus, et officialibus dictum est, et ipsi Salviconductus sic ut supra Concessi sint nullius efficatie vel momenti, ac si facti non fuissent, presens vero deliberatio mittatur omnibus Rectoribus nostris Tam a parte Terre quam a parte maris, et cum expresso mandato quod eam in locis publicis faciat publicari, et registrari in Cancellaria, ponaturque in Commissione omnium rectorum predictorum, ut exacte et inviolabiliter observetur etc.

Observabis etiam et infra tri. q. de cetero per Dominium nostrum vel cum collegio, vel sine collegio scribi aut ordinari non possit alicui Rectori terrarum vel locorum nostrorum, q. fieri debeant expense alicui D.no Oratori vel alie cuicumque persone cuiuscumque gradus vel conditionis existat, nisi specifice, et expresse deliberatum fuerit per istud consilium sub pena secretario, qui litteras annotavisset duc. 5. in suis propriis bonis, et similiter consiliariis, qui se subscripsissent nec non ac etiam illis de collegio, qui consulissent, vel consentissent, et fierent, que quidem pene exigantur immediate per advocatores communis absque ullo consilio, et pro maiori observantia et executione presentis ordinis ponatur in commissionibus omnium rectorum nostrorum, et sub pena antedicta obedire non debeant in hoc casu aliquibus litteris, que sibi scriberentur absque deliberatione huius consilij :—

IN nostro Consilio Rogatorum captum est, et sic observabis, q. de cetero tutti li Rectori nostri, liquali haveranno a far resposta ad alcuna supplication, siano tenuti de man sua propria à cadauna de ditte resposte confirmar cussì esser per suo iuramento, qual resposte debbano esser separate dale supplication, acciochè essendone squarzat alcuna, la pari sempre nella Cancellaria nostra essa resposta et per tempora futura più fundatamente se possi

proceder, non permettendo che per alcun modo la sia mostrada ad alcuno, sia chi esser si voglia, ne possano, over debbano quovis quesito colore dar jn man dele parte tal sue resposte, ne permetter che se sappi la Continentia sua, ma inclusa jn le littere sue se debbano mandar alla signoria nostra per Caualları, over altri, che portano le publice, accio la signoria nostra deliberar possi maturamente quello, che rechiedera jl dover sopra cio.

Captum est, quod de cetero jn questa nostra Citta dar non se possi ad alcun elletto ad alcun rezimento, Camarlengo, Castellano, over altro official cossi de mar, come de Terra alcuna subuention, over danaro cussi per cason de sallario, come per spese avanti el suo partir de qui, ma vadino alli soi rezimenti et officij, dove Cogliano a Tempi debiti li soi pagamenti formati segondo la forma dele sue commission et le leze nostre, et se alcuno Conseglier altramente ordinasse caza de ducati mille doro da esser scossi per li Auogadori de Commun senza altro Conseglio, et sotto la jnpressa pena non si possi metter a questo Conseglio de far altramente, et jntendassi questo ordine cossi jn li gia elletti, come neli futuri

Preterea obseruerai la parte del conseglio de .x. circa el nascer de nostri zentilhomeni circa dar jn nota el suo nascimento alli Auogadori nostri de Commun, eo modo come trouerai nela Cancellaria tua de li amplamente registrata.

Preterea quantum ad Te spectat, observabis quod vadit pars
quod salvis et reservatis omnibus partibus, et ordinibus
infrascriptis presenti non repugnantibus videlicet partem ma-
ioris Consilij Die 28. aprilis 1472. circa pecunias
differendas per officiales et Consolidatores Cassarij
et alia Dici x. decembris 1478. similiter Consilij
rogatorum circa mensualia mittenda per rectores
Terrarum nostrarum provisoribus super Cameris, et
circa libros principales mittendos annuatim
provisoribus predictis, salva etiam lege prohibente
quod pecunie non defferantur domum, nec non parte
Consilij rogatorum diei 20. februarij 1495. multa
statuente circa pecunias Dominij nostri, et demum
salvis omnibus alijs legibus superinde loquen-
tibus, que multe sunt, auctoritate huius Con-
silij addimus, et firmiter statutum sit, quod de cetero
servetur modus et ordo infrascriptus videlicet quod omnes
officiales, et Camerarij huius Civitatis exigentes
quam dispensantes, et quomodolibet tangentes pecu-
nias Dominij nostri ultra mensualia, que singulo
quoque mense facere, et consolidare teneantur, et
obligati sint in fine temporis regiminum suorum con-
solidare omnes rationes, et computa que quo-
modocumque, et qualitercumque habuerint toto tempore,
quo fuerint in magistratu, seu Camerarij quo facto
absque ulla dillatione debeant satisfieri facere per
alios officiales collegas suos unam fidem
subscriptam tam manu collegarum, quam college officij

sui dirigendam, in qua contineatur quemlibet dictorum
integre consolidasse computa sua, et nihil dare
debere Dominio nostro occasione predicta: nec possint illi,
qui non afferent bullettina predicta seu fidem probari
ad aliquid, nec etiam venire ad capellum, postquam com-
pleverint officium, nec incipiat tempus confirmationis
suarum, nisi prius attulerint fides predictas subscriptas
per collegas predictos illius officii, in quo fuissent, ut
dictum est, debeant etiam notari pro debitoribus in
libris existentibus ad pedes Serenissimi principis
nostri. Rectores vero et Camerarii de extra a parte
terre et maris Jagentes similiter pecunias no-
stras ultra mensualia, que singulo quoque mense
ex forma complurium legum, et ordinum nostrorum
mittere tenentur officio provisorum nostrorum super
rationibus Camere, ut semper rationes, et
computa videri possint, debeant etiam, et obligati
sint in fine regiminum suorum consolidare in-
tegre, et sine ulla diminutione cassas suas,
et Camerarii et Rectores, qui respondent Cameris,
postmodum primum quod se conferant ad hanc civi-
tatem nostram sibi fieri facere per illos rectores,
quorum jurisditioni suppositi essent, unam fidem
pro singulo dirrigendam prefato officio provisorum
super rationibus Camere, in qua contineatur
dictos rectores, seu Camerarios integre con-
solidasse rationes cassarum, et detulisse libros or-
dinarios, sic quod nullo unquam tempore jura Dominii
nostri pereant, qua fide presentata proviso-
ribus antedictis, et dicti provisores facere

debeant ut supra ultra alia bullettina fieri solita, quod presens deliberatio suum effectum sortita fuerit.

Siquis vero Rector, vel Camerarius de extra non afferret bullettina predicta, incurrat dictas penas et stricturas, de quibus de officijs nostre urbis dictum est, verum si Rectores vel officiales, aut scribe tam intus quam extra fuerint eius mandatis, quod facerent fides predictas declaratorias aliquem consolidasse cassas suas, et inventum fuerit, quod aliquis rector, sive camerarius non consolidaverit, sed talem fidem non continere veritatem, illi tales omnes, qui scripsissent bullettinos predictos, debeant, et teneantur solvere omne id, quod Dominium nostrum fuisset deceptum, scribe vero, qui scripserint ultra privatione officij, quod haberent, priventur perpetuo omnibus officijs, et beneficijs, ac insuper omnia bona sua sint obligata solutioni totius eius, quod tales, qui habuissent fidem, deberent Dominio nostro.

Item observabis partem infrascriptam captam in nostro Consilio rogatorum Die. 28. augusti. 1506. l'andera parte, che salue, et reservate tutte le altre leze, et ordeni nostri disponenti contra tal iniqua Generation de homini, sia per auctorita de questo Conseglio firmiter preso, et statuido, che de cetero attrovandosi in alcuna

cita de venetia alcun ladro, over ladri con el furto
over parte de quello per loro derobbatto nel dominio
nostro, et sia chi se voglia, siano tenutj et obli-
gatj li rectorj de quellj si trouaranno mandarlj
sotto bona custodia jn poter, over mano de quellj
rectorj dela terra, over loco, nel qual haueranno
commesso el furto, liquali rectorj possano et debbino
proceder contra questi tali ladri, si come li pa-
rera li delicti loro meritar, non altramente che
se fusseno sta presi nela jurisdition sua, accio cono-
schino non esser securi jn parte alcuna del nostro do-
minio, et vegnino portar le debite pene, et supplicij
che rettano, et per votiua exequution dela presente
deliberation nostra, quello, over quellj li accusaranno
et daranno nelle man deli rectorj nostri predictj tal ladrj
retrouati con li furti habbino la jnpressa taglia, ha-
ueriano quando li hauesseno accusadi, et presi nel
proprio loco del furto commesso.

Et perche per le leze, et ordeni nostri, e statuido, che tutti
li ladri banditj non possino star neli lochi doue hanno el
furto commesso, ne miglia. 15. dela deli confinj,
et commesso el furto se absentono, et vano sopra li
dictj confinj parendolj poter star, che e cosa da non sup-
portar per alcun modo, sia preso, et deliberato,
che quotiescunq. ci venira a notitia de alcun rector
nostro de alcun furto commesso nela sua jurisditio,
et che formato processu venira presentir et jntender
il ladro, over ladrj non esser per miglia quindese dela

deli confinij dela jurisdition sua, sia obligato el rettore
ouer rettori del loco doue se trouasseno ditti ladri, et
etiam li magistrati de ditta cita nostra quelli essendoli
richiesti far proueder, et dar nele mano del rettore
doue sarano commesso el delitto, quale possi et debbi me-
desimamente proceder contra de essi, come li parera
ricercar la justitia non aliter che se li fosseno sta presi
ne jurisdition sua, acio tal praua sorte de homenij
sia eradicata a terra viuentium, et debitas penas
luant, et quelli similiter li accusarano, habbino la in-
stessa, ~~pena~~ et medesima taglia, che hauerano, se ha-
uesseno accusadi esser nel instesso loco del furto, et delitto
commesso.

Preterea obseruabis partem infrascriptam captam in
nostro consilio decem die 4 augusti 1506 che de ce-
tero per alcun rettor nostro, ouer castellan della tera
ferma ne per feste, ne per aduento de rettori et
oratori, ouer altri non si possi consumar alcuna
quantita, benche picola, de poluer dela munitio
dela Signoria nostra, saluo che in caso de neces-
sita, senza expresso mandato, sotto pena de pagar
quelle, che ut supra fusse consumada, ouer
altramente manchasse, et altro tanto per pena
da esser scossa per li capi del conseglio nostro de X
li quali farano mandar subito questi tali transgres-
sori per debitori al palazo.

Ulterius obseruabis partem infrascriptam capta in

nostro Consilio Rogatorum Die. 27. julij. 1507. Videlicet che alcuno deli rectori nostri non permetta, ne Consenta che sianno tratti fora dele Terre, et lochi a loro commessi Cavalli Capi da lanza, over piatti, sotto pena de immediata privation del suo rezimento, et de tutti li altri rezimenti per anni cinque, quelli veramente che trazessono dicti cavalli occultamente, perdano quelli per Contrabando, et siano bandizati per anni Cinque dale Terre dove i sarano, et lo accusator habbi la mità del Contrabando, et sia tenuto secretto, ne se li possa far gratia alcuna, sotto pena a chi Consentisse, over mettesse la parte in Contrario de duc. 100. doro da esser scossa per li avogadori nostri de Commun. 27

Item Observabis partem infrascriptam Captam in rogatis die .17. februarij. 1510. Fu proviste per diverse leze, et ordeni presi in questo, et nel magior Conseglio, ac etiam nel magior Conseglio nostro de. X. che tutti li rectori, et altri ministri publici de Cadauna sorte non possino tuor altro danaro dale Camere, et officij nostri, salvo el suo netto lassando el restante per le Contribution dele 30. et 40. per c. in le Camere et officij, da esser integre mandati ali governadori dele intrade, sotto gravissime pene, tamen sono alcuni, che togliono el tutto, ne curano esser mandati debitori al palazo, al che essendo necessario a proveder perho landara parte, che de Cetero in tutte le Commission deli rectori nostri se debbi reformar el capitolo che parla deli rectori Videlicet deli salarij soi in questo modo Videlicet chel primo sij nel netto solamente, Come appar nel officio dei Governadori nostri dele intrade tratte tutte le

contribution con questa condition che quelle solum se habbiano a pagar integramente, li danari veramente deputadi alli gouernadori siano scossi a parte, ne possino hauer li rectori, officiali, camerlenghi, castellani, o altri alcuno danaro, se prima li gouernadori no saranno satisfatti, ne i habbia far piu mention nela commission, et alcuno sia ellecto cō la contribution dela mitta, ma solum sia specificato, nominado, et dechiarido el salario netto trattoe tutte le contribution, et el simile farsi deli de tutti li officiali de essi rectori, de quelli veramente, che non hano commission: quar se debba questo ordene, che nela littera dela consignation del rezimento se debbi notar solum el netto de cadauno de loro.

Preterea ne sono molti officiali de ditti rectori, che contribuiscono oltra el salario, sia circa cio seruato lordine disponente, che li rectori siano obligati pagar per li officiali, quanto autem appartien alli officiali, et altri ministri si nobili, come popullari de questa cita, seruar se debba de cetero lordine soprascritto [illegible] de notar la portion netta de cadauno, et se li pagasseno de piu del suo salario, siano fatti debitori per ditto officio de quel piu, ne se habbi de cetero far mention de salario, ma solum del netto ut supra: et siano tutti li officiali preditti obligati portar de quatro in quatro mesi al preditto officio di gouernadori la integra portion dele tanse sue, et acciò la presente parte sia

jnuiolabiliter exequida. Damo sia preso, che se alcũ
jntachera, o Tora danari de piu, de quello sia el netto
de soj salarij con li modj et Condition di sopra spe-
cificadj, ouero non portarano danari de quatro in
quatro mesi ut supra, jncorrano la jmmediata
priuation delj officij, et rezimentj, che quouis modo
li hauerano, et habbino quella medesima Contumatia
che se li hauessono reffudado, ouer Compido, ne possino
esser prouadj jn alcun loco, ne Comenzi la Contumatia
saluoche dapoi che hauerano jntegre pagado, et insup
se sarano Tolti jn alcun loco si dentro, come de fora
non possano esser prouadi, et se fussono prouadj, et roma-
gnissono, se jntendano esser Cadutj, et romasto jn loco
suo quello, che hauera piu ballotte passando la mitta del
Conseglio, et li scriuanj deli Gouernadori nostri dele
jntrade, et etiam dele Camere de fuora quotiescumq
alcun sara mandato, o restera debitor per Tal Conto
siano Tenutj de jmmediata priuation de officij, et
Cadaun altro officio, et beneficio de Terre, et lochj dela
signoria nostra, jmmediate scriuer, ouer denuntiar
quelli hauerano jntachato, o restaranno debitorj, ouẽ
hauerano portatj li danarj al Tempo suo ut supra a
piero Grasoler, qual sotto le pene suprascritte ne
Tegna Conto a parte de predicte Cose, et de notar
jmmediate jn loco suo.

Vlterius Tutte le suspensionj fatte quouismodo debitori
de 30. et. 40. per cento, et mitta del netto, si per la
signoria nostra Come per el . . . che per la

forma dele leze nostre non si poteuano far, siano re-
uocade, et de cetero non possino esser facte, saluo che
per quatro quinti dele ballotte de questo Conseglio, et
se altramente le fusseno facte, non siano exequide
per li scriuani deli officij sotto pena de immediata pri-
uation, et nihilominus se per virtu de tal suspension
alcun Zentilhomo romagnisse in officio, rezimento
et Conseglio se intendi esser caduto, et rimasto in loco
suo, che hauera hauuto piu ballotte passando la mita
del Conseglio.

Ne se possino preterea li Rectori, et altri iusdicenti de
fuora star in essi rezimenti oltra el tempo statuido
per la forma dela loro creation, saluo in fina che
andera el successor suo, et sia obligato el deputa a
questo successor a piero Grasoler sotto la pena sopra-
scritta notar in loco de cadauno al tempo suo iu-
xta la forma dele leze, accio nissuno habbi causa
de excusarsi, et li officiali de dentro non possino per
alcun loco exercitar li officij compido el tempo limi-
tado per le sue creation per alcun modo sotto le
pene suprascritte, etiam che ottegnisseno termina-
tione dela signoria nostra, ouero allegasseno
con li soi precessori fusseno stati, accio tanto mazor
numero de Zentilhomeni possi participar deli beneficij
del stado nostro, et le leze siano exequide ut iustum
et equum est, ne se intenda presa la presente parte
se la non sara posta et presa nel mazor Con-
seglio :

Zenon olim uti Deputati patrie ex commissione, et potestate eis data, prehabito tractatu et consilio cum non paucis fidelibus aquileiensis ecclesie videntes pericula manifesta, et discrimina gravissima imminere ecclesie aquileiensi, et toti patrie foriiulij propter Guerram, oppressiones, et damna que fecerant, faciebant, et facere poterant Gentes et exercitus venet. in ipsa patria foriiulij in p.s terras, loca, et bona dicte ecclesie et fidelium cupientes dictis periculis, discriminibus, damnis et totali Ruine ecclesie ac patrie ac fidelium predictis prompte resistere, et opportune obviare eodẽ anno, die . . . diffinierint, q. prelati, clerus, Nobiles et communitates subditi et fideles aquileien ecclesie solvere deberent predicto q. Machoro per ipsos deputatos dictioni constituto libras soldor. . . . quibus empta fuerint staria frumenti ducenta, et staria avene quingenta, que requisitione ~~Dni~~ Mag.ci Dnj pipi data fuerint vngaris tunc morantibus in sacillo pro defensione, et custodia patrie foriiulij, et solverint libras soldor. . . . pro expensis factis in fabricando unam pallatam in flumine liquentie juxta terram mothe, et solvere deberent duc. auri

Duc. auri mille

mille datos pro stipendio vngaror. et ipsi vngari nõ

deberent patriam non munitam et indeffensam, cum
essent parati in ongariam remeare, quod etiam soluere
deberent ducat. auri . . . qui expenditi fuerunt per
Dnos Ambasiatores pro patria Forijulij missos in
ongariam ad Regiam maiestatem, asserentibus Dno
Episcopo, q. Joanne et Machore predictis propter pre-
dicta de suis pecunijs et bonis multa exposuisse, et quod
pluribus creditoribus esse realiter et personaliter
in magnis quantitatibus obligatos, et quod nonnulli de
subditis ecclesie Aquileiensis, et precipue Capitu-
lum ecclesie Ciuit., et Conuentus Dnar. Monialium
Sancte Marie in valle de Ciuitate Austrie reman-
serunt soluere Ducatos. . . . per ipsos olim
Deputatos pro rata dictar. expensar. dicto Capi-
tolo impositos ducat. 5. . . . pro rata earundem
expensar. dicto Monasterio impositos, ideo petie-
runt predicti Dnj Epus, q. Joannes, et q. Machorus,
qui ipsi Dnj de Consilio supradicti compellant, et
compellere debeant Jam Capitulum Ciuit. et Mon.
monialium supradict. ad soluendum pecuniar.
quantitatem Jam Capitulo et mon. occasione pre-
dicta impositas, quam petitionem uero Dnj Epi,
q. Joannis, et q. Machoris olim deputat. Egregius
Dnus Decretor. Doctor Nicolaus de portugrua-
rio Decanus Ciuitatensis, et Ven. vir Dnus
Joannes Franciscus Canonicus Ciuitaten. Scyn-
dicus eiusdem Capituli, et Nobilis vir q. Nico-
laus de portis de Ciuitate Austrie Scyndicus

Conventus et monialium monasterij antedicti dixerunt oppo-
suerunt, et responderunt publice in parlamento predicto, quod
Capitulum Civitatem, et Monasterium Dnarum Monialium
predictarum Tenetur Contribuere, et cum prelatis, et Clero
solvere pro expensis Tantum, que fiunt per Ambiasiatores
et Ambasiatores, qui per Dnum patriam cum Totta pa-
tria missi sunt extra eandem patriam per tres dietas
et quod non Tenentur ad militiam, sive Cavallariam
neque ad Taleam, neque ad expensas alias factas ex cau-
sis similibus expressis in petitione suprascripta, et in
preterito dictum Capitulum, et monasterium pro expensis
factis per patriam ex causis similibus non solverunt
neque molestati fuerunt ex Tempore Guerre Tam
Capitulum quam Monasterium sint ad dandum Carratium
consuetum onerati, petentes se admitti ad probandum
de jure suo, et antiqua consuetudine capituli, et
Monasterij supradicti, qua petitione antedicta, et
oppositione, et responsione ut premittitur, facta,
Cedentibus de mandato Dnj supradicti Dno Decano
et Joanne francisco de stopa predictis petitis per me Ja-
cobum notarium infrascriptum quidquid juris videretur
eis super predicta collatione prehabita, et revo
catione infrascripti, Dno Decano et Joanne francisco
predictis, et nomine Monasterij Tunc instantibus, pre-
dicti Dnj de Consilio, ac ipsorum Totum Consilium
diffinivit, et declaravit, quod Capitulum Civitatem, et

Monasterium Monialium predictarum de jure et antiqua consuetudine Teneatur, et Teneantur ad solvendum et contribuendum cum clero patrie forijulij pro expensis que fiunt propter ambasiatores, qui per patriam forijulij destinantur, et quod non Teneantur ad expensas factas pro frumento, vel avena datis ungaris, neque ad expensas factas pro palata in liventia juxta mottam, neque ad expensas Mille ducatorum pro stipendio datis ungaris supradictis Tantum Capitulum et Mon. absolvent, cui absolutioni ijdem Dnj Decanus, et joannes franciscus nomine Capituli et monasterij consenserunt, et quia prelibatus Dnus noster electus patriarcha jbidem fuit precipue exhortatus eosdem Decanum, et joannem franciscum, quod procurarent, et reducerent Tantum Capitulum et Monasterium Monialium predictarum ... quod ad complacentiam ipsius Dnj nostri, et ex mera liberalitate Capituli et Monasterij ipsorum Capitulum de suo dare velit ducatos auri centum viginta tres cum dimidio, et Monasterium de suo dare velit ducatos decemocto quartos tres et sol. 18. ut cum predictis ducatis possit facilius Creditoribus satisfieri, quibus dicti Dnj olim deputati sunt, et pro patria obligati et predicti Dnj Decanus, et joannes franciscus nomine dicti Capituli, et monasterij promittentes de rato obtulerunt, et promiserunt ad complacentiam Dnj et ex mera liberalitate Tantum Capituli, et mo-

nasterij dare quantitatem ducat. predictam, et rogaverunt me Jacobum notarium infrascriptum, quod de predictis presens publicum conficerem instrumentum.

Et Ego Jacobus habitans in Civitate Austria natus quondam Antonij olim quondam Duappi de Vicesimo publicus imperiali auctoritate notarius, et prefati Domini patriarche scriba predictis omnibus presens fui, et predicta rogatus scribere scripsi, et fideliter publicavi meis signo et nomine appositis consuetis.

Capta Dnij Venet. cum R.mo D. patria aquil. sub annis. 1200. 1206. 1222. 1254. 1255. 1274. 1275. 1277. 1300.

1200 IN Nomine Dei et Salvatoris nostri Jesu christi Anno Dnice Incarnationis Millesimoducentesimo, Mensis Junij indictione Tertia, Rivoalti. Expedit ut ad Amicos in opportunitat. recurrere, et eor. confidentia subsidia postulare. Igitur Nos quidem Henricus

1200. Dandulo Dei Gratia venetie atque Croatie Dux

Pellegrino Patr. Aquil. quia Nos Dne pellegrine patria Aquileiensis cum a Tarvisinis molestiam indebite sustineretis frequenter a nobis ut ab Amico, de quo nobis certa et indubitata fiducia a nobis auxilium requisistis, instanter postulantes precibus studiosis ut dictos Tarvisinos moneremus ne vos, vel Terras vestras offenderent, in quo si de plano non acquiescerent, vel non permitterent, per nos, vel

per fideles nostros, aut personas alias Congruas
et suspitione Carentes, que de ipsis questionibus
inter vos, et Tarvisinos ipsos habentur, Cognosci
et diffiniri deberemus: interdicere eis terram
nostram, nostrasque mercationes nostros.

Propter que vos Dne patha (?) esse Cives Terre nostre
venet., et hinc ad annum nonum domum vobis
Congruentem, vel Terram super aquam edificet-
tis comparere debeatis hic in Rimodlto:~

Et si Terram Emeritis, domum super ea edificare
debetis ad introytum primi venire quadragesime
et opus ipsius Domus ad . . . ducem bona fide,

Et omni anno per Triginta dies infra annum . . .
esse, ac interpellare debetis, nisi verbo modo rema-
neat habitare in ea.

Et si predicti Tarvisini nos et Terram nostram offende-
rent, auxilium vestrum, et Terre vestre prestabitis,

Et si nostrum Commune venet. miserit decem . . .
aut Galeas vel inter naves et galeas decem
ad offendendos inimicos suos, dare debetis vestrum
auxilium pro Centenare hominum, qui in eis
iverint; quattuor homines nostro stipendio bene ar-
matos in nostro et Terre nostre servitio mo-
rantes, sicut stabunt nostri.

Et si milites habuerimus ad servitium nostrum
usque ad centum dare debetis milites decem bene
armatos nostro stipendio in nostro et Terre nostre

Servitio moraturos quamdiu nostri fuerint.
Si vero Ducentos Milites habuerimus in Servitium nostrum, et Terre nostre etiam plures, dare debetis ad nostrum et Terre nostre Servitium milites quindecim, qui debent venire, quo superius continetur de x.
Et Terra vestra Foriiulii larga esse debet hominibus [illegible], et aperta, et cum Tarvisinis jam dictis nec Concordiam facietis, nec pacem sine nostro Consilio, nostraque voluntate.
Que omnia et singula que superius sunt comprehensa in anima nostra per Ottonem Burgonium dari jurare fecistis servanda, excepto de viris quattuor pro quolibet Centenario.
. . . . sunt, et militibus decem vel quindecim ut est dictum, ubi Credideritis vos degravare, habet Dominum pp. vel Imperatorem.
In quo Sacramentum fuit etiam Comprehensum, quod de nobilibus, qui sunt in parte vestra, et desnavius usque ad centum bona fide jurare facietis hec, que dicta sunt observare, qui eodem Sacramento tenebunt Successores . . . bona fide jurare facere Conaturos.
Franchos autem, qui . . . erant ad vestram Gratiam revocati, jurare modo simili facietis.
Que Sacramenta Nobilis vir Cavaricus de Fontana bona,
Otto Borgugnon, et Corradus de Sacillo.
Patentibus vestris Duximus amicabiliter amicabiliter amuendum, Promittentes quod ipsos

Tarnisinos ne vos, vel Terras vestras offendat monebimus.

Et si moniti non cessauerint, aut per nos, aut per personam, aut personas alias Congruas, et suspitione Carentes ne permiserint Cognosci, et diffiniri questiones, que inter vos, et ipsos habent, interdicemus eis Terram nostram, et nostras, nostrasque mercationes.

Ut autem scriptum presens vires et robur assimat ipsum fecimus, sicuti Consuetudine annotari, et bulla plumbea imperio nostro impress communiri.

Nec pretermittendum quod Terram vestram, vestrasque mercationes ipsis Tarnisinis interdicere debetis quousque inter vos et illos non erit pax.

\+ Signum prefati Dni Ducis, qui hoc facere precepit.
\+ Ego Raynerius Dandulus
\+ Ego Petrus Michael judex
\+ Ego Marcus mazamano judex
\+ Ego Joannes Tonisto judex
\+ Ego Joannes Baroci judex Cois.
\+ Ego Joannes quirinus Consiliator
\+ Ego Dominicus Contarenus Consiliator
\+ Ego Stephanus Baduario Consiliator
\+ Ego Benedictus Coloni Consiliator
\+ Ego Bartholameus Gradonico Consiliator
\+ Ego . . . . . Aduocator Communis.
\+ Ego . . . . . Aduocator Communis.

+ Ego Joannes Mortmatro,
+ Ego profetta de molin comerc,
+ Ego philippus Marcello . . .
+ Ego Joannes Dandulo advoc comis
+ Ego Jacobus pimo;
+ Ego Joannes Dandulo advoc comis;
+ Ego Henricus navagalosso.
+ Ego Andreas Donato
+ . . . .
+ . . . .
+ . . . . Jacobe,
+ Ego . . . . . .
+ Ego . . . . . Michael,
+ # Ego Petrus Mainicensis advoc,
+ Ego Dnicus Cuppo advoc comis.,
+ Ego Dnicus Michael
+ Ego Joannes pim consiliar q. d. fec. reg.
+ Ego Marinus
+ Ego Joannes d. fec. reg.
+ Ego Joannes mil
+ Ego henricus Catharinen
+ Ego Jacobus
+ Ego Joannes Barastro
+ Ego henricus gregore advoc
+ Ego Marinus Trevisanus;
+ Ego Peregrinus Gisi;
+ Ego Petrus Barbari . . .

Sciendum est, quod Dominus W. Aquileien. patriarcha juravit, quod (1206
homines Veneti in universo suo patriarchatu securi Wolfcherus
haberentur in rebus et personis veniendo, eundo et
permanendo, idest in cunctis partibus, quibus
astringitur temporaliter, idest in toto suo ducatu,
Et si aliquis Venetorum inter spacium primarij et duo
basilicha fuisset depredatus tam eundo quam stando, ac
veniendo ab aliquo homine, qui per eum distringitur
quod infra dies triginta, quod ille depredatus, vel aliquis
pro eo clamentaverit se ad Dominum patriarcham, vel
illi, qui per eum erit, debet esse studiosus ad inquiren-
dum, et excutiendum ea, que sibi ablata fuerint
et reddere sibi, quod si facere non poterit ipse
Dominus patriarcha, vel ille, qui pro eo erit, debet reddere
predictum habere illis, qui fuerint depredati ex sua
Camera infra justum terminum triginta dierum
et si accideret, quod aliquis homo, qui per eum non
distringitur depredasse inter primarium et basilicha
et quocumque tempore ille depredator inveniretur,
vel de suis rebus, vel de rebus sui vicini
debet restaurari perdita Veneticis.
Et si aliquis extraneus intraret per terram Friulij
et descenderet deinde per flumina, et depredasset
aliquem Veneticum, damnum debet esse, et restau-
rarj ex Camera infrascripti patriarche in spacio 30. dierum
postquam clamentatus fuerit eo ordine ut supra
scriptum est, et si ipse sciverit, quod imperator vellet
facere aliquam molestiam hominibus Veneticis, qui in

Terra sua morantur, ac si surgeret discordia inter patham et venetos, vel inter homines ipsius provincie ante dies quindecim quod sibi esset facta aliqua molestia, debet nunciare veneticis, qui ibi erunt, et debet eis Tractas dare usque ad districtum ducis veneti Cum Totto suo haber.)

Et similiter Totas illas honorificentias, quas habebat Dux veneti et commune veneti in Toto pathatu à Tempore pathe pellegrinj usque ad tempus predecessoris istius pathe nomine pegrinj, Totas debet observare et deliberare, preter quod non vult Teneri de pacto quod fecerit cum veneti de juramento istius pathe, qui vocabatur peregrinus.)

Hoc fuit Anno Dominj Millesimo ducentesimo sexto, Mense decembre intrantes die .xi. die Jovis, indictione decima, in aquilegia in Curia palatij in presentia Archidiaconi suj pathatus et Communitatis Mainradj, et federici de Cavaza, et multorum clericorum atque laycorum.)

Hoc Juraverunt Henricus de Clemona per parabolam Dnj pathe ad legatos scilicet Marcum barocium, et . . . . . Dnj petri Ziani Dei Gratia veneti, Dalmatie, atque Croatie ducis et Dnj dimidie et quarte partis Totius Romanie imperij.)

1222 8 Junij In Nomine illius, qui docet hominem scientiam, Amen, hoc est pactum firmum et stabilitum inter Dnum patham aquilegie, et Dnum Ducem veneticorum quod dictus Dnus patha facit juramentum eo pacto

prestari, et Dnus Comes de Gorritia advoc(atus) domus aquilegiensis jurat per semet ipsum, q(uod) omnes veneti securi erunt tam personis q(uam) mobilibus q(uam) immobilib(us) infra ducat(um) aquilegien(sis) patriarch(atus), et tanto plus ut si aliquis homo exiret per aliquod flumen, aut aliquem locum de districtu aquilegiensis patriarch(atus) in mare, et inferet molestiam seu violentiam aut aliquod damnum alicui venetor(um) a portu, qui appellatur basilice usq(ue) ad portum primarium, Dnus patria memoratus infra dies triginta postq(uam) ad eum fuerit querimonia delata secundum suum posse debet, et tenetur omnia ablata patientib(us) dannum seu violentiam facere in integrum exhiberi, et si hoc facere nequiret, ipse Dnus patria infra alios dies 30.ta tenetur solvere totum damnum illatum hominibus venetis de camera propria.

Insuper quidem Dnus Dux habere debet suum vicedominum in terra aquilegie ad faciendum plenam informationem et justitiam omnibus petentibus, et conquerentibus de venetis.

Tali quidem ordine, q(uod) si aliqua sententia tempore aliquo a prefato vicedno lata fuerit querimonia coram eo facta contra aliquem no(n) de jurisditione Dni Duc(is), ipse potest appellare, si voluerit ad Dnum Ducem, et si veneti habuerint aliquid controversie versus aliquem hominem, ipsi veneti possint, et debent aut coram Dno patria, aut eius advoc(atis) et comitibus prefatis de

Goritia rationem et justitiam petere, et si memorati veneti fuerint in judicio coram dictis advocatis, ipsi possint appellare ad dominum patham si voluerint.

Et omnes veneti, qui dicuntur portulani, habent licentiam sine aliquo banno et contradictione hominis alicuius portare, et accipere de aquilegia tantum blavam, que sit eis, et toti familie de domo sua sufficiens, et dictam blavam tantum venetias apportare.

Et omnes veneti cambiantes salem, cepas, et allea per aliquam blavam habeant licentiam sine aliquo banno et contradictione alicuius portandi quocumque voluerint ipsam blavam.

Insuper quod si aliqua pignora facta fuerint a venetis super homines ducatus totius pathatus, vel ab hominibus antedicti ducatus supra venetos, nisi inter eos communis esset discordia, veneti non debent pignorari infra terminos pretaxatos nec etiam in toto ducatu pathatus.

Et si communis contingeret discordia inter nominatas personas, venire tam per preceptum imperatoris destinatum ad ipsum dominum patham ad dandum licentiam, quod ipsi exirent de terra sue jurisditionis tam per se ipsum patham quod etiam per dominum ducem de venetis precipientem exire de terra totius ducatus jurisditionis pathalis, dictus dominus patha tenetur dare omnibus venetis inventis in toto antedicto ducatu patriarchatus

aquilegiensis licentiam et securitatem plenam Tom
In personis quam in rebus eorum infra dies quindecim
usque ad portum basilice et jam dictum portum Simariu.
Item vicedominus, qui erit in Terra aquilegie Tempore
aliquo per Dominum Ducem supra dictum habere debet
quadragimum in duabus stationibus, una posita
in ruga de raparia, et alia posita in foro sancti
Joannis aquilegiensis patriarchatus secundum volun-
tatem ipsius vicedomini, et ipse vicedominus habere
debet per Dominum Ducem stateras, libras, Mensuras
et nitum inter homines veneti redditus eorum de
percipiens vicedominus pro sua utilitate, et ipse
vicedominus de suis bonis in Toto ducatu memo-
rato nullum debet solvere datium.
Item omnes offense, que facte fuerint in predicto
ducatu aquilegiensis patriarchatus, per dictum
vicedominum debent puniri, excepta sanguinis
pena, que debet per supra dictum Dominum Ducem
puniri, et antedicti veneti in Toto ducatu nullum
Tenentur, nec debent datium solvere excepta muta
secundum usum.
Casatici hospitis in recto situ de possessionibus secundum
usum Terre aquilegiensis.
Insuper siquidem si aliquis non de jurisditione pre-
libati Domini patriarche veniet per mare, et inferet
aliquam violentiam seu damnum venetis memo-
ratis infra dictos Terminos, Dominus patriarcha de
quolibet debet rationem et Justitiam ipsis venetis

exhibere, si tempore aliquo inventus fuerit malefactor in toto ducatu Aquilegien. patriarcatus.

Et iure dilectus Dominus patriarcha Duci Venetiarum dare debeat omni anno panes, quorum quilibet esse debet unius starij de cellario ipsius patriarche, et duodecim porcos

xii panes xii porci

et suis expensis duodecim panes et duodecim porcos ipse Dominus patriarcha mittere debet ad palatium prefati Domini Ducis Venetiarum.

Actum apud Venetias in hospitali sancte Marie Cruciferorum in presentia Domini Corradi episcopi Tergestini, Domini Conradi Aquilegien. scolarum magistri et canonici, Domini Federici de Cauoriacho, Domini Mathei de Villanova, Conradi dapifferi Domini patriarche predicti, Ottolini de Glemona, Domini Gabrielis de Prata, et aliorum multorum. Anno M°. ducentesimo vigesimosecundo, die octava exeunte iunio, indictione decima.

Ego Leonardus Domini patriarche predicti clericus et notarius ipsius hanc cartam scripsi, et sigilli ipsius Domini patriarche munimine et roboravi.

1254 In Nomine Domini Amen, Anno eiusdem Millesimo ducentesimo quinquagesimoquarto, indictione duodecima, Die Veneris septimo exeunte mense aprilis, presentibus venerabilibus patribus Domino fratre Gualterio episcopo Triuisino, Domino Rugerio electo Cenetense, Berengerio proposito sancti Odorici de Utino magro

Nicolao de lupico scriptore, magistro peregrino et paulutio capellanis Dnj Gregorij patrie aquileien ellecti, Nobilibus viris Dnis henrico de castelliro, hermano de portis, joanne de Cuccanea de foro-julio, et Nobilibus viris Dno Marco geno, Andrea Mauro, Nicolao quirino, Petro Gradenico, Bartholomeo barotio, philippo storlatto, philippo Contareno, joanne Justiniano, Andrea delphino, Thomasio Maurocено, joanne Michaele, et henrico fuscareno de veneti Testibus rogatis et alijs multis cum Inter Dnum Raynerium Genum Dei Gra Illustrem Ducem venetiarum Dalmatie atque Croatie Ducem, Dnum quarte partis et dimidie Totius Imperij romanie, et Commune veneti ex vna parte, et Ven. patrem Dnum Gregorium eadē Gratia Sancte ecclesie aquilegiensis pathom ellectum predictum ex altera, Discordia pluribz diebus hactenus extitisset, venit dictus Dnus patha venetias, et ad pacem et Concordiā devenit cum eodem Dno Duce, et Communj venetiarum amicabiliter divina Clementia faciente, et inter Ipsos factum et firmatū fuit pactum et Concordium In hac forma vz.

Q Omnes homines veneti erunt salvj et securj intra ducatum pathatus aquileiensis In personis et rebus eorum mobilibus et Immobilibus, et tanto plus, quod si aliquis

homo exiverit per aliquem flumen, aut per aliquem locum de districtu aquileiensi in mare, et violentia vel damnum aliquod fecerit alicui homini de venetijs a portu, qui appellatur Basilice, usque ad portu primarij predictus patria debet, et Tenetur infra Triginta dies soluere Totum Damnum illatum postquam ad eum fuerit querimonia delata, facer secundum suum posse omnia ablata patientibus damnum seu violentiam in integrum exhiberi, et si hoc facere idem Dnus patria non posset, Tenetur infra alios Triginta dies soluere Totu damnum illatum hominibus veneti de Camera propria. —

Insuper quidem debet habere Dnus Dux veneti suum vicednum in Terra aquilegie ad faciendum plenam rationem et justitiam omnibus petentibus, et requirentibus de venetijs Tali quidem ordine, quod si aliqua sententia Tempore aliquo a prefato vicedno lata fuerit vel querimonia coram eo facta contra aliquem non de jurisditione Dnj Ducis, ipse potest appellare, si voluerit ad prefatum Dominum Ducem.

Et si veneti habuerint aliquid Controuersie versus aliquem hominem, et ipsi veneti possunt et

debent aut coram Dno patha, aut eius Advocatis et Comitis Goritie rationem et justitiam peter, et si memorati veneti fuerint jn judicio cora dictis aduocatis, possint appellare ad dictum Dnum patham.

Item q nullus homo potest fere testimonium nisi veneti secundum vsum et consilium et consuetudine Curie Ducatus venetiar.

Et Omnes veneti, qui dicuntur portulanj, habent licentiam sine aliquo banno et contradictione hominis alicuius accipere, et apportare de Aquilegia tantum blauam, que sit eis et toti familie de domo sua sufficiens, et dictam blauā tantum venetias apportare.

Insuper omnes veneti cambiantes salem, ospas et allium pro aliqua blaua licentiam habeat sine banno, et contradictione alicuius portandj quocumque voluerit ipsam blauam.

Et si aliqua pignora data fuerint a venetis sup homines ducatus totius pathatus, et ab hominibus antedicti ducat supra venetos, veneti, qui dicuntur portulanj non debent pignorarj infra terminos pretaxatos, nec etiam jn toto ducatu sedis patriarchalis nisi jnter eos esset communis discordia.

Et si communis contingeret discordia inter dictū Dnum Ducem, et commune venetiar et Dnum patham oriri, et esse tam per preceptum jmpatoris

destinatum ad dictum Dominum patriarcham pro danda licentia venetis exeundi de Terra sive Jurisditione Domini patriarche Tam per ipsum Dominum patriarcham quam etiam per Dominum Ducem precipientem venetis exeundi de Terra et Jurisditione ducatus patrialis, Dictus Dominus patriarcha Tenetur dare omnibus venetis inventis in Toto predicto Ducatu patriarchatus aquilegiensis licentiam et securitatem plenam Tam in personis quam in rebus eorum infra 20. dies usque ad portum Basilice, et ad Jam dictum portum primarij. 27.

Item vicedominus, qui erit in Terra aquilegie Tempore aliquo per dictum Ducem, et Commune venet., habere debet quadragesimum de duabus stationibus, una posita in ruga draparia, et alia posita in foro sancti Joannis aquileien. patriarchatus secundum ipsius vicedomini, ac etiam habere debet dictus vicedominus pro Domino Duce, et Communi venet. stateras, libras, mensuras, et nibum inter omnes venetos, et redditus eorum percipere pro sua utilitate nec debet ipse vicedominus de suis bonis in Toto ducatu patriarchatus predicti aliquod persolvere datium, in quo quidem dictus vicedominus non debet committere fraudem.

Item omnes offense, que facte fuerint in predicto ducatu Aquilegiensis patriarchatus per dictum vicedominum debent puniri secundum pena Consili-

·ius, que debet puniri per Dnum Ducem, et hoc quod dictu
est de offensionibus factis per venetos.
Et Dicti veneti nullum Tenentur, nec debent in Totto
predicto ducatu datium solvere excepta muta se-
cundum usum Casarij hospitium, et recto fictu de
possessionibus secundum Terre Aquilegie.
Insuper quidem si aliquis non de jurisditione pre-
dicti Dni pathe veniret per mare, et inferret vio-
lentiam aliquam, seu damnum hominibus venetis
infra dictos Terminos, Dnus patha debet de
quolibet rationem et justitiam ipsis hominibus
Venetis exhibere, si in Tempore aliquo inventus
fuerit malefactor in Toto ducatu patriarcatus Aquil.
Et antedictus Dnus patha dare debet ducatui Vene-
tiarum .xij. panes, quorum quilibet esse debet unius
sextarij de Cellario Dni pathe, et .xij. porcos omni
anno, et Dnus patha mittere debet usque ad pa-
latium Dni Duc. Veneti. 1254. xii panes et xii porcos
In facto quidem illorum de prata, et de porcileis dictum
est, quod cum non sint amore, et gratia Dni pathe,
non debet Dnus patha Teneri ad satisfactionem
vel restitutionem faciendam de damnis et
gravaminibus, si qua per ipsos illata sunt
communi vel hominibus Venetiarum, vel de cetero
illata fuerint, quousque ad gratiam et amorem
ipsius Dni pathe devenient, verum venientibus
ipsis cum Dno patha ad gratiam, et amorem
promisit, et debet Dnus patha dare operam bona fide, quod

predicti de prata, et de poreglis rationem et satisfactione faciant Communi et hominibus Venet de damnis et grauaminibus antedictis, et q Dno Duci, et Communi Venet ad predictam rationem et satisfactione consequendam ipsis dabit idem Dnus patria auxilium, et juuamen sicut conueniens, et decens fuerit, si a Dno Duce fuerit requisitus de his autem, que predicti de prata, et poreglis fecerint contra Commune, et homines Venetiarum stantes in amore, et gratia eiusdem Dni patrie, Tenetur Dnus patria, sicut Tenetur de alijs patriat aquil. secundum q superius dictum est.

Hec autem supradicta predictus Dnus patria jurare faciet dictum Comitem Goritie aduocat domus aquileien attendere, et obseruare, que predecessores sui similiter jurauerint.

Preterea promisit, et Tenetur dictus Dnus patria promittere, conduci et portari de partibus forojulij frumentum vel legumina, et aliud bladum, et alias res et omne aliud mercatum libere, et sine contrarietate Venet.

Insuper etiam idem Dnus patria nouitates et Datia jnoueta facta et jmposita Tam ad clusas q alibi jn Toto ducatu patriatus aquilegie Contra antiquam consuetudinem super sale, ferro, pegola et super alijs mercationibus, et jn facto quadragesimi, siue mute aquilegie, et jn facto hospitior de aquilegia, necnon omnes alias nouitates, que fiunt jn preiudicium vel grauamen Comunis vel hominum Venet, remisit, et cassauit, et promisit et

debet de cetero in predictis omnibus et singulis antiquam consuetudinem observare, et observari facere per Gentem et homines patriarchatus predicti.

Promisit insuper, et debet dictus dominus patriarcha facere vindictam, et iustitiam de omnibus malefficijs factis, vel que fierent contra homines venetos.

De Raubarijs, que facte fuerint super homines venetos Tempore predecessorum predicti domini patriarche, promisit, et debet dictus dominus patriarcha facere rationem et iustitie complementum.

Et Raubarie, que facte fuerint super homines venetos a Tempore predicti domini patriarche usque ad Tempus illud, quo dominus Dux misit preceptum ad venetos exeundi de forojulio determinari, et diffiniri debent secundum formam, que in hoc pacto superius continetur.

Et Raubarie facte super homines venetos a Tempore predicti precepti facti per dominum ducem venetis exeundi de forojulio hucusque coram ipso domino patriarcha, et per ipsum dominum patriarcham debent determinari et diffiniri salvis pignoribus concessis per dominum ducem hominibus venetis super bonis patriarchatus aquilegiensis et hominum eiusdem patriarchatus.

Et Raubarie, si que fient de cetero super homines venetos determinari et diffiniri debent secundum eandem formam, que in hoc pacto superius continetur.

Item accipi debet vnus ex melioribus viris forijulij ad voluntatem et beneplacitum domini ducis, qui esse et stare debet Tempore congruo in Aquilegia, sicut dominus Dux ordinandum duxerit, et sibi

videbitur, qui sacramento per Dnum patham astrictus te-
neatur, et debeat complere rationem de debitis,
et aliis petitionibus, et guermoniis, quas fecerit
homines Venet super homines pathatus aquileien.
Hec autem, que dicta sunt, intelligantur salvis his,
que dicta sunt de illis de prato, et porciglis.
Item promisit idem Dnus patha, quod homines de grado pro-
mittent habere in aquilegia, et districtu pathatus
aquilegien rationes omnes, quas habere solebat
secundum antiquam consuetudinem, Dnus vero
Dux et Comune Venet concesserunt ex gratia
quod Dnus patha possit omni anno vinum, quod fuerit
de Campa istrie ipsius Dni pathe, et illud, quod
fuerit de Campa Monasterii Sancte Marie Dnar
de aquilegia, et insuper mille amphoras vini, et
ultra hec alias quinquaginta amphoras vini et
quinquaginta modios blave ad mensuram Venet
de Campa Dni pathe, et monasteriorum suorum de istria
conduci, et portari facere de istria ad partes
aquilegie pro porte.
In facto quidem salis concessit Dnus Dux pro Communi
Venet, quod defferatur, et portetur ad partes forisu-
lii, sicut tempore concordie portabatur, accipi-
endo pro Communi Venet libras decem Den.
Venet pro Centenario ipsius salis, pro datio et
quintum, sicut hactenus tollebatur, verum si
accideret, quod de sale, qui portabatur ad portu-

gruarij; et portum latisane, portaretur ad partes et
loca, ad que portabatur sal, qui conceditur portari
paduam in arbitrio dnj Ducis et Communis venet
esse debet accipiendi pro datio salis predicti ultra
predictas libras decem sicut Dno Duci et Comunj
Venetiar placuerit.

Item concessit dnus Dux pro Communi venet pro mili-
tibus, Clericis, et Dnabus de foroiulio non auferat
datium de pannis, quos de venet acceperint ad
vestes faciend.

Insuper omnia datia inventa, si qua noviter imposita
sunt in preiudicium vel gravamen hominum
patriarchatus aquilegien dictus Dnus Dux pro Com-
munj Venetiar remisit ex gratia, et statuit
q super hoc antiqua consuetudo debet observari etc.

Actum Venetijs in palatio Duc in sala maioris
Consilij, ipso maiori Consilio congregato. Sciendu
est, q de hoc pacto, et concordia facta sunt duo
similia instrumenta, unum Coaglamentum not
et scribam Duc aule venet sigillatum si-
gillo et bulla Dnj Ducis, et aliud per Joannem
de lupico notarium eiusdem Dnj patrie sigillo
dicti Dnj patrie sigillatum.

IN Nomine Dei Eterni, Amen, Anno eiusdem nativitat
Millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, Indic-
tione duodecima, Die sexta intrante mense
Junij, presentibus Dno. B. electo Ceneten, magro

Berlengerio preposito Sancti odorici de utino, Joanne de Cucània, Quirino de varmo de forojulio, Matheo Badnino, Zacharia Steno, Blasio Abaregno de venetijs, et alijs rogatis et specialiter vocatis.

Cum Nobiles viri Domini Henricus foscarenus et Marcus Quirinus Ambasciatores Communis venetiarum starent Coram Domino Gregorio de monte longo electo; quod juraret super Capitulis secundum quod Continetur In Instrumento Confecto per Joannem de lupico notarium; qui dictus Dominus electus sic respondit dictis Dominis, quod paratus erat Jurare secundum antiquam Consuetudinem, et secundum quod ordinamentum fuerat venetijs per Dominum Ducem et Consilium, Ad hec Dominus Guarnerius de porta de forojulio Ibi In Continenti habita parabola a dicto Domino electo Juravit In Anima Ipsius predicti Domini electi omnia Capitula secundum quod Continetur In Instrumento Confecto per dictum notarium firma et rata habere, et Tenere, et non Contrafacere aliqua ratione, vel occasione, que dici posset, Actum utini In Camino palatij dicti Domini electi.

Ego Albrigettus sacri palatij notarius Interfui, rogatus hoc scripsi.

Ego Joannes de varago sacri palatij notarius hoc exemplum sumptum ex authentico dicti Albrigetti notarij nil addens, vel minuens, quod sententiam mutet bona fide et Comperij, scripsi, et exemplaui, et signo proprio roboraui.

Anno Dni M°. Duc.mo quinq.mo quinto, indictione tertiadecima, 1255
Die Sabbati quartodecimo exeunte mense aprilis,
presentibus his testibus et c. fratre Joanne de plaçentia
Ven. legato aplice sedis, Ven. pre Dno Raze-
rino Dei gratia electo Cenetén, Dno Barengerio pre-
posito Comitis Odorici de Utino, Dno Biaquino de Camino,
Dno Henrico de Villalta, Dno Canone de Moruțio,
Dno Joanne de Cuccanea, Dno Bernardo de Strasulta,
Dno Mattheo de Riga rotta, Dno Joanne Stornato
vicedno pro Dno Duce, et Communi Venet.
In Aquilegia, Marino Zorzani, Jacobo Feriolo Ve-
netis et aliis,

Cum Nobiles viri Dni Jacobus nave Zosus, et Ma-
rinus Badoarius missi fuissent ab Illustrissimo viro
Dno Raynerio Zeno Dei Gratia inclyto Duce Ve-
net., et eius Consilio pro quibus agendis Commu-
nis Venet. in Ambasciatores ad Ven. patrem
Dnum Gregorium Sancte Sedis Aquilegiensis electum,
et ad egregium virum Dnum Dnum Maynardu
Comitem Goritie, reperto quidem predicto Nobili
viro Comite apud quandam villam de districtu Ci-
vitatis Forijulij, que appellatur Premariaς in Col-
loquio cum dicto Ven. pre electo Aquileien., a
quo vero predicto Comite Goritie requisit fuit
per dictos Ambasciatores postulando, et iurare
deberet pacem factam et firmatam inter pdictos
Dnum Ducem et Commune Venet. ex una
parte, et supradictum Ven. virum patrem
electum Aquilegien., et Gent. pathatus Aquilegien
ex altera, dum vero Dnus Comes memoratus

Ibidem coram suprapredicto Dno ellecto aquilegien, et suprađictis Testibus juravit ad sancta Dei Evangelia attendere, et observare dictum pactum in omnibus et per omnia sicut in instrumentis dicti pacti, vel concordie scriptis per manum Iaiamenti de vngerio sacri Pallatij notarij et scribe Ducalis Aule, atque Joannis de lupico sacri palatij notarij plenius continetur. Actum fuit hoc apud predictam villam, que vocatur premarias in quodam prato.

Ego Oliverius de Gallesso sacri palatij notarius huic interfui, et jussu vtriusque partis scripsi, et roboravi.

Ego Joannes de Varazo sacri palatij notarius hoc exemplum ex authentico dicti Olivierij notarij nil addens, vel minuens, quod sententiam mutet bona fide, et comperi, scripsi, et exemplavi, et signo proprio roboravi.

1274 IN Dei Nomine, Amen. Anno ab incarnatione Dni nostri Jesu Christi Millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, mensis februarij Die vndecimo exeunte, Indictione Tertia, presentibus Nobilibus viris Dnis Juliano Trivisano, paulo felet° patrono Arsenatus, pangratio Barbo, Angelo benchari, Joanne felet°, Daniele Zorzano, Marino Gradonico, Stephano Cuppo, Marino Zorzano, Leonardo de Canali, Laurentio et Bartholomeo notis de Curia venet. et alijs pluribus; Cum inter Ven. Iesum Dnum Raymundum Dei Gratia aquilegien patriarcham ex vna parte, et Magnificum Dnum Laurentium Theupulo Dei Gratia venet.

Dalmatie, atq Croatie Ducem, Dnum quarte partis et Dimidie totius Imperij Romanie, et Commune venet. ex altera, super quibusdam Novitatibus, et certis grauaminibus impositis tam in datijs quam in alijs per eundem Dnum patham, et eius officiales in dannum et Grauamen hominum venet. discordia extitisset eo cum sicut dicebatur, facte forent, et fierent contra formam pacti facti et firmati per Magnificu Dnum Raynerium Geno olim Ducem venet. per se, et Commune venet. cum Ven.li pre Gregorio olim patha aquil., quod factum fuit in currente M°. CC. Liij. indict. duodecima, mensis aprilis, de quo facta fuerut duo similia publica instrumenta, unum scz per Taglament. notarium, et aliud per Joannem de lupico notarium eiusdem Dnj pathe. 6. bulla plumbea pendent. ipsius Dnj ducis, et aliud bulla pendente cera ipsius Dnj pathe bullat., et Nobiles et discretos viros Dnos Manfredum cagapistum, et Jacobum porentionis suos nuntios et procuratores cum pleno commissione faciendi, confirmandi, et approbandi, atq ratificandi nomine ipsius Dnj pathe, et ecclesie aquilegien, et pro ipsis omnia pacta et conventiones cum eodem Dno Duce, et Commune venetiar. quecumq ipsis procuratoribus utilia viderentur, sicut patet de procuratorio et instrumento publico manu henrici ciuit. imperiali auctoritate notarij scripto. , cuius tenor talis est, Qui procuratores post multos tractatus habitos cu

eodem Dno Duce, et suis Consiliarijs vz. Bianchino Triuisano, jacobo Georgio, joanne Storlato, Marco Bembo, Michaele, et Andrea Geno Tandem ad Talem Concordia peruenerunt vz.

Q predicti Dnj Manfredus, et jacobus ex virtute et potestate eis Tradita à predicto Dno patha. R. et Ecclesia aquilegien nomine ipsius pathe, et ecclie aquilegien Cognoscentes hoc esse vtile pro Dno patha et ecclesia aquilegien, nomine ipsius pathe aquilegien pro ipsis laudauerunt, approbauerunt ratificauerunt, et firmarunt pactum factum de quo superius facta est mentio, per predecessorem suum Dnum patham. G. cum predicto Dno Raynerio Geno olim Duce firmatum Promittentes nomine, et vice ipsius Dnj pathe. R. et ecclesie aquilegien antedicto Dno Laurentio Theupolo Ducj suo et Communis venet recipienti, quod idem Dnus pactum predictum cum eodem predecessore factu in omnibus et per omnia, prout continetur, obseruabit, et obseruari faciet per suam fortiam et districtum, et quod faciet in anima sua sacrameto obseruent dicta pacta secundum, quod in alio Tempore factum fuit cum patha. G. sacramento firmatum omni occasione cessanit, et quod Comes Goritie inueniet pacem inter ipsum et Dnum patham et jurabit dictum pactum obseruare eo modo, quo juratum fuit alia vice, Promittentes insuper predicti procuratores nomine, et vice antedicti

Dnj patriarche R. et ecclesie aquilegien et promiserunt
antedicto Dno Duci suo et Cōi venetiarum noīe recipienti
Datia omnia imposita per eundem Dnum patriarcham
R. vel eius officiales super bobus, et porcis, et
alijs bestijs, et super lignamen, Carbones, et alias
mercationes per eundem Dnum patriarcham remittentur,
que omnia ex nunc ipsius patriarche, et ecclesie aqui-
legien nomine remiserunt, ita quod de cetero non
tollent, et quod id totum, quod acceptum est pro pre-
dictis Datijs per eundem Dnum patriarcham, vel eius
officiales hominibus venetiarum, erit per ipsum patriarcham
hominibus venetis sine questione aliqua restitutum,
Et si aliqua Datia, seu alie novitates imposita
fuerint, vel sunt, aut facte erunt per predictum
predecessorem suum Dnum patriarcham contra formam
predicti pacti, promiserunt predicti procuratores
antedicto Dno Duci recipienti ut supra, quod dictus
Dnus patriarcha eas et ea remittetur, que et quas
ipsius Dni patriarche nomine remiserunt, Promit-
tentes insuper eo modo quo supra predicti pro-
curatores antedicto Dno Duci recipienti ut
supra, quod ipse Dnus patriarcha stratas omnes per
suam forciam permittet, et concedet liberas
et apertas mercatoribus, et mercationibus
ita quod libere, et sine impedimento per eas ire, et
stare, et redire possint, et quod damnum quod con-
secutum est hominibus venetiarum occasione ordi-

-namenti seu impedimenti facti per eundem Dnum patriarcham de dictis stratis, curam mandauit, quod aliquis per stratam consuetam ire non possent, quod per ipsum Dnum patriarcham hominibus Venetis fuerit restitutum.

Ex alia vero parte dictus Dnus Dux suo et Communis Venetiarum nomine pactum predictum cum prenominato Dno Gregorio per suum predecessorem D. R. Geno ad ipsorum procuratorum requisitionem laudauit, approbauit, et ratificauit, et firmauit, promittens eo modo, quo supra antedictis procuratoribus recipientibus ut supra, quod ipsum pactum in omnibus et per omnia, sicut continet obseruabit, et faciet obseruari, et si nouitates aliquae factae sunt per eundem Dnum Ducem et Commune Venetiarum contra formam predicti pacti, quod eas remittet, et faciet per eundem Dnum Ducem suo et Communis Venetiarum nomine super datiis et gratiis, quae pro parte Ducis tolluntur, ita quod tolli possint, sicut hactenus tollebantur.

Forma quidem procurationis, de qua superius facta est mentio, talis est,

1275 Anno Dnj M°. cc°. septuag.mo quinto, Indictione 3.a die nono intrante februario, in Ciuitate Austrie in Camera palatij patriarchalis, presentibus fratribus petro Landerio priore, Bertoldo rectore fratrum predicti de Ciuitate, Dnis Rainerio de primano, Alberto

Recepto ordinario mediolanense, et alijs.

Rdus. Dnus Raymundus Dei Gratia Sanctæ Sedis Aquileiensis patria fecit, Constituit, et ordinavit Nobiles viros Dnum Manfredum Cagapistrum et Jacobum potentiores Milites suos certos nuntios et procuratores speciales absentes tamquam presentes ad faciendum, Confirmandum, et ratificandum omnia pacta, et Conventiones pro se suo nomine et aquilegien ecclesiæ cum Illustri viro Dno Duce et Communi venetiæ secundum quod honori, et voluntati ipsius Dni patriæ aquilegien, et qualitati ipsius negotij procurat viderint expedire, promittentes pro se suo nomine, et aquilegien ecclesiæ se firmum, ratum habiturum quicquid dicti procuratores, et nuntij in predictis, et circa premissa duxerint faciendum, in Cuius rei evidentiam, et etiam maius robur prefatus Dnus patria presens procurat sui fecit sigillum pendenti muniri et roborari.

Ego Henricus Civitaten Imperiali auctoritate notarius predictis interfui, et de mandato Dnj patriæ memorati presens instrumentum scripsi.

Et est sciendum, quod de hac promissione, et approbatione et Confirmatione supradictis duo sunt facta publica, et similia instrumenta, unum per me Jacobum Cagapistrum de Civitate mediolani notarium, et

aliud per Conradum notarium, et Ducalis aule venete
Cancellarium; Acta sunt hec in una de Cameris
palatij Ducis venetiarum.

Ego Jacobus filius q. lantelmi Capisti de ciuitate
mediolani publicus notarius predictis omnibus
interfui, tradidi, et scripsi

1277 Anno Dni M°. cc°. Lxxvij. indictione quinta, Die nono,
intrante julio, in Ciuitate Austria in Anticamera
Dni pathe presentibus Dnis petro fuscareno vice-
dno venetiarum in aquilegia, Ascher de cussio, Ja-
cobo dela Turre mediolanen, Cino Capot de flo-
rentio, Magistro Jacobo de lupico Dni pathe not.
paulo burlofo, Marino Catau de venetijs Testib.
et alijs, Comparente viro Nobili Dno petro qui-
rino de venetijs Coram Rdo. pre Dno Raymundo
Dei Gratia Sancte Sedis aquilegien patha pe-
tente ab ipso, quod pacta olim inita inter bone me-
morie Dnum. Gr. patham aquileien, et Dnum
Ducem, et Commune venetiarum, et per ipsum
Dnum Raymundum patham innouata postmodum
ac etiam Confirmata in animam suam secundum
Antiquam Consuetudinem iurare faceret se
inuiolabiliter Seruaturum, Nobilis vir Dnus
Guido inclotius de mediolano habita super hoc
parabola a predicto Dno Raymundo patha in
animam ipsius ad Sancta Dei euangelia Corporaliter

juravit, quod ipse Dnus patriarcha omnia Capitula in dictis pactis contenta bona fide sine fraude secundum Antiquam consuetudinem observabit.

Ego Henricus Civitaten. imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfuj, et rogatus scripsj.

IN Nomine Dnj Amen, Anno a Nativitate eiusdem Millesimo Tricentesimo, indictione quartadecima, Pontificatus Dnj Bonifacij pp. octavj Anno sexto Mensis junij Die xxj. Ad quietem, pacificam, et Antiquj Amoris conservationem inter illustrem Dnum petrum Gradenico Dei Gratia venet., Dalmatie atque Croatie Ducem et Dnum quarte partis, et dimidie Totius imperij Romanie pro se, suo communj et Civitat. venet. suisque fidelibus et subiectis ex una parte et Ven. patrem Dnum petrum Dei Gratia patriarcham aquilegien. pro se, et ecclesia aquilegiensj ex Altera, Rdus Dnus Gilonus Archidiaconus aquilegiensis, procurator, actor, et syndicus ad infrascripta constitutus eiusdem Dnj petri aquilegiensis patriarche predicti pro se, et ecclesia aquilegien., de cuius procurat. et syndicatu constat manu mei joannis notarij infrascripti publico instrument. inde confecto sub Anno Dnj, indictione, et pontificatu predictis, Die secundo Mensis Martij, et eiusdem Dnj patriarche sigillo cereo munit. ex una parte, et Donatus Lombardo 1300

scriba Ducal. venet. procurator, actor et syndicus ad infrascripta constitutus eiusdem Dnj petri Gradenico Dei Gratia Ducis, Consilij et Communis venet. de cuius procuratione et syndicatu constat manu Jacobelli filij ezelinj de zordomo Imperiali auctoritate notarij publici instrumento inde confecto sub anno Dnj, inditione et pontificatu prescriptis, Die quarto mensis Junij, et eius Dnj Ducis sigillo plumbeo munito ex altera parte, procuratorijs et syndicarij nominibus antedictis ad pacem, pacta, concordia et conventiones inter se se fecerunt communiter et concorditer sicut inferius distincte singulariter et expresse per ordinem continetur.

Imprimis siquidem convenere et inter se vicissim promiserunt, quod omnes homines venet. eius que districtus erunt salvi et securi infra patriarcatum seu ducatum patriarcatus, et per totum ducatum patriarcatus aquilegiensis in personis et rebus et bonis eorum mobilibus, et immobilibus, et e converso omnes homines ducatus patriarcatus aquilegiensis erunt salvi et securi infra ducatum et per totum ducatum venetie in personis, bonis, et rebus eorum mobilibus, et immobilibus, dummodo non vadant, aut non videntur ire contra bannum statuta et ordinamenta venet.

Item convenerunt inter se, et vicissim promiserunt, quod si aliquis homo exiverit per aliquod

flumen, aut per aliquem locum de districtu patriarchatus aquilegiensis in mare, et violentiam, vel damnum aliquod fecerit alicui hominum de veneciis, et districtu eius, a portu, qui basilicus appellatur, usque ad portum primarij, Dominus patriarcha predictus pro se, et ecclesia aquilegiensi debet, et tenetur infra viginti dies postquam fuerit ad eum querimonia delata, facere et curare secundum suum posse omnia ablata patientibus damnum, seu violentiam in integrum emendare, et si hoc facere dictus patriarcha non posset, et non faceret, tenetur, et debet infra alios viginti dies sequentes soluere totum dampnum illatum hominibus venetis, et eius districtibus de camera propria.

Item convenere, et inter se vicissim promiserunt quod Dominus Dux, et Commune venetiarum debet habere suum vicedominum in terra aquilegie ad faciendum plenam rationem et justitiam omnibus petentibus et requirentibus de venetis tali quidem ordine, quod si aliqua sententia tempore aliquo a prefato vicedomino lata fuerit, vel querimonia coram eo facta contra aliquem non de jurisdictione Domini Ducis, et communis venetiarum, ipse, contra quem lata fuerit, vel querimonia lata, seu facta non de jurisdictione Domini Ducis, poterit appellare, si voluerit, ad prefatum Dominum Ducem, et si veneti habuerint

aliquid controversie versum hominem aliquem, ipsi
veneti possint, et debent ad Dnum patriarcham
si voluerint.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod
nullus homo potest facere testimonium contra
venetos, nisi veneti, secundum usum et con-
suetudinem curie Ducatus venetorum.

Item convenere, et inter se vicissim promiserunt,
quod omnes veneti, qui dicuntur portulani, ha-
beant licentiam sine aliquo banno et contra-
dictione hominis alicuius accipiendi, et por-
tandi ad Aquilegiam tantam bladam, que sit eis
et totti familie de domo eorum sufficiens, ipsam
bladam tantum venetias apportando.

Item convenere, et inter vicissim promiserunt, quod
omnes veneti apportantes salem, cepas, et
alleum in foroiulio in aliqua parte, et permut-
tantes ipsum salem, cepas, et alleum pro
aliqua blada, licentiam habeant sine bano
et contradictione alicuius ipsum bladum por-
tandi quocumque voluerint.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt
quod si aliqua pignora fuerint data a venetis
supra homines totius Ducatus pathatus, vel
ab hominibus dicti ducatus pathatus supra
venetos, veneti qui dicuntur portulani, non
debent pignorari infra terminos pretaxatos a potu

basilice usque ad portum primarij, nec etiam in Totto Ducatu
sedis pathalis nisi inter eos Comunis esset discordia.

Item Convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod si
communis contingeret discordia inter Dnum Ducem
et Commune Venet, et Dnum patham et ecclesia
aquilegien oriri et esse. Tam per preceptum impera-
toris destinatum ad Dnum patham pro danda licentia
venetis exeundi de Terra, sive jurisditione ipsius
Dni pathe, Tam per ipsum Dnum patham quam per Dnum
Ducem Venetor precipientem venetos exire de
Terra et jurisditione ducatus pathalis, dictus
Dnus patha Tenetur dare venetis in Totto Ducatu
aquilegiensis pathatus licentiam et securitate
plenam Tam in personis quam in rebus eor per .xv. dies
ad portum basilice, et usque ad jam dictum portum
primarij, et in ipsis portubus.

Item Convenerunt, et inter se vicissim promiserunt
quod vicedominus, qui erit in Terra aquilegie Tempore
aliquo per Dnum Ducem et Commune Venetiar,
habere debeat, et habeat quadragesimum de
duabus stationibus, una posita in ruga draparia,
et alia posita in foro sancti Joannis aquilegien
pathatus secundum voluntatem ipsius vice-
dominij, ac etiam habere debeat ipse vicedominus
pro Dno Duce, et Communi Venet stateras, libras,
mensuras, et bullum inter omnes Venet, et
redditus eor percipere pro sua utilitate, nec
debeat ipse vicedominus de suis bonis in Toto ducatu

predicti patriarchatus aliquod persolvere datium, In quo quidem dictus vicedominus non debet committere fraudem.

Item convenere, et inter se vicissim promiserunt, quod omnes offensae, quae factae fuerint in predicto ducatu aquilegiensis patriarchatus per venetos, per dictum vicedominum debeant puniri, excepta pena sanguinis quae debet puniri per Dominum Ducem Venet.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod homines veneti nullum teneantur, nec debeant in toto ducatu aquilegiensi datium solvere, excepta muta secundum usum casatico hospitium, et recto ficto de possessionibus secundum usum Terrae aquilegiae.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod Dominus patriarcha pro se, et aquilegiensi ecclesia remittit, cassat, irritat, et tollit, et dictum eius procuratorem eius nomine omnia datia per eum, et eius predecessorem, aut ecclesiae aquilegiensis officiales ubicumque, et per totum patriarchatum et ducatum imposita super bobus, porcis, et aliis bestiis, aut super lignis, carbonibus, et aliis quibuscumque mercationibus, et quod hoc de cetero non imponentur, aut imposita non tollent.

Item convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod omnia alia datia, et quaecumque novitates factae per eundem Dominum patriarcham, aut eius predecessores et ecclesiam aquileiensem contra formam predictorum capitulorum et infrascriptorum sint cassa, et cassae et ea, et eas ipse Dominus patriarcha pro se, et ecclesia aquileiensi et dictus eius procurator pro eo expresse remittit,

Item Convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod dominus patriarcha pro se, et ecclesia aquilegien omnes stratas et flumina per suam fortiam, et eius districtum ducatus patriarchalis emittet et concedet liberos et apertas mercatoribus, et mercationibus.) . . . . .

Item Convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod si aliquis non de jurisditione domini patriarche venet. inferet violentiam aliquam seu damnum hominibus venet. . . . . Tantum basilice usque ad primarium et per totum ducatum aquilegien patriarche, dominus patriarcha debet de quolibet rationem, et justitiam ipsis hominibus venet. facere si aliquo tempore inventus fuerit malefactor in toto ducatu aquilegien. patriarchatus,

Item Convenerunt, et inter se vicissim promiserunt, quod dominus patriarcha pro se, et ecclesia aquilegien dare debeat, et teneatur ducatui venetiarum duodecim panes, quorum quilibet esse debeat unius starii de cellario ipsius domini patriarche, et duodecim porcos omni anno, et suis expensis dictos duodecim porcos, et duodecim panes predictos mittere debet usque ad palatium domini ducis venet.)

Assumptum fuit supradictum exemplum Capitulorum ex quodam alio exemplo penes Nobilem dominum Gabrielem de Strassoldo de verbo ad verbum et in ipso, et quia in supra assignatis locis, ubi apparet deffectus littere, non est huiusmodi defficientia ob vicium aliquod instrumenti, sed tantum ex antiquitate dicti veteris instrumenti, et corrosione eius, ex quibus antiquitate, et corrosione legi dicta littera, seu textus dicti instrumenti non potuit, ideo omissa sunt spacia supranotata.)

~ Lre m.° D. locut. prie in fauore Dnj Valetij de Valuasono Dno pottati potng. ~j

Mag.ce et Superioribus Diebus per nos ad Mag.ciam vram data fuerunt littere et Contra Dnum Valentium de Valuasono procedere non deberet ad Instantiam Ser Nicolaj a Burgo occasione Cuiusdam exfortij, et hoc quia Cum dictus Dnus Valentius esset Castellanus, nemo potest esse Judex, nisi Tribunal nostrum vigore litterarum Ser.mi Duc. Do. Venetiarum, precipue Cum Actor Teneatur Sequi forum rej, nihilominus prout Iterato ad querimoniam Ipsius Dominj Valentij Intelleximus, Mag.cia vra Contra eum procedere non desistit, quapropter Iterum Implorato Suffragio nostro presentes replicandas duximus Mag.ciam vram requirentes et stantibus litteris Ser.mi Dnij Supra allegatis Mag.cia vestra nolit ad vlteriora In dicta Causa procedere Contra prefatum Dnum Valentium, ex quo non est Judex Castellanorum, Sed omnino desistat, et partes ad nos remittat Justitiam recepturas, aliter omne per Mag.ciam vestram processum est nullum Irritum, et vanum, et In aliquo non Tenebitur dictus Dnus Valentius eti processum per Judicem Incompetentem, Verum siquid Magnificentia vra In Contrarium haberet, ad nos rescribat data notitia parti In Termino dierum Trium proxime futurorum, Vtinj Die xxj augusti 1525.

Augustinus de Mulla patrie forijulij Locumtenens Generalis ~

~ Lr̃e M.ci D. loc.tis Dño pottati pot.na vij jn fauore Dnij valentij suprasti ~

Mag.ce et per alias litteras nostras Mag.ciam Vestram requisiuimus, ut nollet procedere jn Causa Contra Dnum valentium de valuesono Castellanum jstius patrie ad instantiam q Nicolaj a Burgo, et hoc quia Mag.cia vestra non erat judex Castellanor, sed Tantummodo Tribunal nostrum, nihilominus Mag.cia vra, prout accepimus, desistere non Curauit, quapropter jterum jmplorato suffragio magistratus nostri presentes replicandas duximus eandem Certiorantes, qualiter per litteras Ser.mi Dni. Dnij nostri Dat. Die. 27. augusti. 1468. Cautum est nullum esse judicem Castellanor jstius patrie nisi magistratum nostrum, et quoque eidem Dicimus quare plures extant littere prelibati Ser.mi Dnij jn Talj materia ad jnstantiam particularium emanate Tam predecessoribus vestris q̃ potestatibus Campe, et alijs judicentibus volentibus Trahere ad forum suum Castellanos predictos, et postremo extat Commissio nobis data a prelibato Ser.mo Dnio, vnde et premissis per nos visis Censentes honestum non esse permittere q dictus Dnus valentius ad alium Trahatur forum, Magnificentiam vram Requirimus, ut omnino velit desistere a processu Contra jpsum, et partes ad nos remittere, aliter Mag.cia vra certior erit, q omnia per eum processa jn dicta Causa erunt nulla, et nullius valoris, Tanq processa, et facta per judice jncompetentem, vtinj die. 9. Sept. 1525. Aug. de mula prie forijulij locumt. Gnalis.)

~ Lre M.ci D. locumt. Rnsiue Lris M. D. pottatis potestatis portus gruarij ~

Mag.ce Habbiamo receuuto uostre littere jn risposta delle nostre ultime date jnstante del Nobile dno valentio de valueson Castellano de questa patria unde essendo jterum a me comparso lo prefato domino valentio, et fatto jntender, che non cessando M. V. de proceder contra de luj, esser per andar alli piedj deli excellentissimj Signor Capi del jllustrissimo Conseglio de diece, et da quelli hauer lo debito suffragio, come altri Castellanj hanno hauuto, non solum alli Tempi deli precessori de V. M. ma etiam con li Mag.ci pottati de Caneua jurisdition extralta da questa patria, Nuj veramente che sauessimo desideroxj, che pro nunc non andassemo a dar Tal molestia alli prefatj excell.mi Signori Capi ad maiora occupatj, parendone per la lectura di priuilegij de essi Castellanj, ac etiam de piu littere, et decision delj antedictj ex.mi capi, altre volte esser sta decisa Tal materia, habbiamo volesto auantj che per la uia de venetia si facia altra prouisione, replicar le presente alla M.cia vra, et mandarlj la copia de predette lettere di prelibatj excell.mi Capi scritte alli pottati de Caneua, accio veda la mente dela Ser.ma Sig.ria nostra esser, che nissimo nec jn Ciuilibus nec jn Criminalibus sia zudece di Castellanj, saluo lo magistrato nostro, oltra che etiam per altre lre scritte alli Mag.ci olim pottadj de maran et etiam jn la

commission nostra chiaramente appare, ne obsta per
quanto ditti Castellani asserisscono, che vostra Mag.cia dica
esser sta per li predecessori sui processo contra simil Ca-
stellani, et de cio retrovarsi processi, et sententie
in li acti della Cancellaria sua, perche le debbono
esser contra Castellani citadini de portogruaro, overo
contra qualche uno, che non habbiano rechiamado,
laqual cosa non preiudica alla mente, et deci-
sion dela Ser.ma Signoria, et cio vra Mag.cia no
creda, che lo faciamo per derogar alla jurisditio
sua, che si rendemo certi, che non mancho
vra Mag.cia administraria bona justitia, ch noi
per haverla sempre cognosciuta justissima, ma
quello che facemo non per altro, se non per esser
stimulati da questi Castellani a non li lassar inter-
romper li privilegij suj, et certo quanto mancho haves-
simo del tal casi, tanto mancho fastidio haveressimo, pur
per debito del magistrato nostro non possiamo far
de mancho V. M. prudentissima considerato il tutto,
si rendiamo certi, si risolvera talmente, che
ditto m. valentio, ne altri Castellani haurano causa
de andar a dar molestia alla Ser.ma Sig.ria alli pre-
senti tempi in alijs occupada. Utinj Die 17. sep-
tembris. 1525. / Augustinus de mulla prig forijulij
locumtenens generalis. / Thomas pacis not.s
ex Ducali decreto ordinarius cancellarius Utinj
ex originali requisitus exemplavit, et in fidem si-
gillo Divi Marci muniuit.)

.R. iiij.

Pntatio cuiusdā lrē p. s. Nicolau de vendoio ex pte D. patthē Cap. buyē

Ludouicus Dei Gratia Dux de Dech, Dei Grā Scte Sedis Aquilegiensis patha ellectus, Prudens fidelis noster Dilecte salutem et Gratiam nostram, Honeris, q Nobis cum querella exposuit Nobilis fidelis noster Dilectus Nicolaus de vendoio, q Trahat ad judicium Coram te, ad quod judicium si venire non vult, venire non Tenetur, quia Nobilis est, et Nemo habet pro judice ordinario, nisi vicarium nostrum jn Temporalibus, eandem prerogativam habuerunt predecessores sui, et ipse a Tanto Tempore q hominum memoria non est jn Contrarium, et Certam Supplicationem nobis jn scriptis porrexit, quam Tibi mittimus presentibus jnclusam, et jdeo Tibi mandamus, ut homines jn eor antiquis juribus et Consuetudinibus dimittere debeas, et si jta est, sicut dictus Nicolaus asserit, Coram Te non facias conuenire, sed ad judicium suum permittas, Dat jn Terra nostra vtinj Die 15 july 1412 et si jta non esset ad nos accedas ad Informandum super jpsis de veritate, et dicto nicolao restituas supplicationem.

Et statim lecta littera Dnj nostri pathe cum Consilio juratorum jpsum remisit ad judicium Coram vicario jn Temporalibus Dnj pathe.

Prouido viro Antonio Cachal de venzono Gastaldionj nostro jn buya seu eius vicario stobich fideli nostro salutem.

Antonius notarius de Colloreto scripsit et exemplavit de notis q. federici notarii de Colloreto patris dicti Antonii eidem commissis predictam copiam.

De alienatione minoribus .20. annis interdicta. R.ta ex ex gstit. prię in favorem Dni Valterij de Valvesono

Et ita firmatum, quod ad evitanda pericula, et damna
alias passa, fiat impositio militum tam magna, sicuti
fieri potest, et quod omnes quilibet conetur posse suo, et
q. Consiliarii de novo fiant, qui simul cum Dno
patria consulant, ac videant super impositione
fienda, et aliis pro defensione Terre, et que per
Dnum patriam exposita sunt, et hinc more solito
omnes de dicto Colloquio se in partes traxerunt ad elli-
gendum consiliarios suos, qui electi fuerunt infe-
rius annotati, Dnus Abbas Rosacensis Dnus Mo-
randus de porciliis pro prelatis, Dnus Brisalea
de porciliis, Dnus Joannes de villalta pro liberis,
Dnus federicus de Savorgnano pro Communi
etini, Dnus philippus de portis pro Communi Civit-
Mapheus notarius pro Communi aquilegie, Her-
mannus notarius pro Communi Glemone, Dnus
Odoricus de Cucanea, Dnus Artichus de
prampergo, Dnus Hendriguttus de villalta,
Dnus Asquinus de Colloreto, Dnus Nicolaus de
Castello, Dnus franciscus de Tercimo, Dnus Anti-
chus de varmo, Dnus franciscus de manzano pro

ministerialibus, quibus data fuit potestas per dictu
Collogium ordinandi et providendi de super omnib
et singulis antedictis simul cum dicto Dno patha
prout eis pro meliori videbitur, et q quicquid
fecerint, et ordinaverint vim, et vigorem obtineat
Totius Collogij, et ita executioni mandetur, ac
si per Tottum Collogium facta essent, vocatis ibidem
statim nominatim omnibus Consiliarijs antedictis,
omnes et singuli prestiterunt juramentum con-
suetum, quod per Consiliarios prestari consuevit,
et Tunc finito Collogio Dnus patha cum Consi-
liarijs suis predictis ascendit palatium suum
et se traxerunt in sala minori, ut ibi Consu-
lerent, et viderent, quid esset agendum, quesito
igitur ab omnibus Consiliarijs super hoc Consultum
fuit nemine discrepante, q nova impositio fiat
equitum Jam magna, sicut fieri potest juxta
possibilitatem uniuscuiusque, et q impositio
peditum fiat, et ea firmatum et provisum fuit,
et Die crastina dicti Consiliarij in loco predicto
conveniant simul cum Dno patha pro impositione
et expositione supradictorum.)

Die ultimo Novembris,

Item facta fuit impositio equitum per modum in-
frascriptum, et firmata.)

Dnus Patha —— Elm. xl. —— —— Bal. x.
Dnus Epus Concordien. Elm. 8. —— —— Bal. ij.

Capitulum aquileien	elm	10	Batt. ij
Abbas Bellunen	elm	2	Bat. o
Prepositus s.ti stephani aquil	elm	3	Bat. j
Prepositus sancti felicis	elm	o	Bat. j
Mon. dnar aquilegie	elm	2	Bat. ij
Abbas Rosarensis	elm	3	Bat. j
Abbas Mosacensis	elm	3	Batt. j
Abbas Sextensis	elm	4	Batt. j
Capitulum Ciuitaten	elm	10	Batt. ij
Monast. dnar Ciuitat	elm	1	Bat. j
Prepositus s.ti odoriq sup tulmentu	elm	3	Bat. o
Prepositus Carnee	elm	1	Bat. o
Prata	elm	16	Bat. 5
Porcileum	elm	16	Bat. 5
Pulcinicum	elm	8	Bat. 5
Iuianum	elm	2	Bat. i
Monsregalis	elm	2	Bat. i
Maniacum	elm	3	Bat. i
Pinzanum	elm	2	Bat. o
Toppum	elm	1	Bat. i
Spigimbergum	elm	12	Bat. 2
Sanctus vitus	elm	2	Bat. i
Sbrolauaccha	elm	3	Bat. i
Saluarolum	elm	1	Bat. i
Laurenzaia	elm	3	Bat. o
Meduna	elm	4	Bat. o
Azanum	elm	1	Bat. o
Cerudrium	elm	1	Bat. i
Fratina	elm	1	Bat. o
flagonea	elm	1	

Castrum Raymundi	elm̃ i.	Bat. i.
Villalta et Chauoriacum	elm̃ .12.	Bat. 4.
Faganea	elm̃ 4.	Bat 1
Murutium et Tercamum	elm̃ 12.	Bat. 4.
Castellorium	elm̃ 2.	Bat 2.
Brazachum superius	elm̃ 1.	Bat. i.
Brazachum inferius	elm̃ 3.	Bal. i.
fontanabona		
Colloretum et Melo.	elm̃ 14	Bat. 4.
Pors et Susanum	elm̃ 3.	Batt. o.
Sanctus Daniel	elm̃ 4.	Bat. 2.
Ragonea	elm̃ 2.	Bat. 2.
Prampergum	elm̃ 8.	Bat. 3.
Cassachum	elm̃ i.	Bal. o.
Zathenea	elm̃ o	Bat. 1.
Caruachum	elm̃ i.	Bat. o.
Vendoij	elm̃ i.	Bal. i.
Buja	elm̃ 1	Bat. i.
Attemps	elm̃ 2.	Bat. i.
Cucanea Partestaneum Valuesonum	elm̃ .16.	Bat. 4.
Soffumbergum	elm̃ 3.	Bat. o.
Strassoldum	elm̃ .10.	Bat. 2.

Manzanum	elm 4	Bal. i.
Budrium	elm i.	Bal. o.
Castellum Tarcentum	elm 12.	Bal. 2.
Varmium	elm 3.	Bal. i.
Filij Dni Zoquini	elm i.	Bal. o.
Rivarotta	elm 2.	Bal. i.
Zegliacum	elm o.	Bal. i.
Cernodum	elm i.	Bal. i.
Aquilegia	elm 8.	Bal. 4.
Civitatum	elm. 20.	Bal. 6.
Civitatenses extrinsici	elm. 5	Bal. 2.
Glemona	elm. 12.	Bal. 4.
Utinum Savorgnanum	elm. 40	Bal. 10.
Monsfalconum	elm 3.	Bal. o
Tulmetium	elm. 2.	Bal. o.
Sacillum	elm. 2.	Bal. o.
Campa	elm. 2.	Bal. o.
Socleuum Guarz Luinçis	elm 2	Bal. o.
Los	elm 2.	Bal. o.
Lipachum	elm 3.	Bal. o.
Mossa	elm i.	Bal. o.
Petrus de port. pilosa	elm 3.	Bal. i.
Dominj de pola	elm 6.	Bal. i.

Suma elmor. iiij^c. vj.
Suma Balist. cxviiij.

et cu addis. patri^e elm. 102. Bat. 50.

in Totu elm. v^c. viij. Bat. clxviij.

Facta igitur impositione predicta, Statutum fuit ibidem et firmatum, quod equus pro Elmo sit, et esse debeat valoris centum librarum, et equus pro balistra sit, et esse debeat valoris quinquaginta librarum den. venet. par., et quod unusquisque paratus sit equis, et armis predictis iuxta impositionem sibi datam usque ad quindecim dies post festum Nativitatis Domini sub pena, et in pena dimidie marche pro quolibet Elmo, qui deffecerit, et deinde quadraginta frisac. pro qualibet die, et sub pena 40. frisac. pro quolibet balista, qui deffecerit, et deinde xx. denariorum pro quolibet die, qua pena sine diminutione aliqua seu intervallo temporis prout promiserint penitus exigatur, et quod impositio predictorum duret, et durare debeat a prefatis quindecim diebus post Nativitatem Domini usque ad annum integrum.

Post hec in super impositio peditum ut diligenter et cum impositione procederetur, in ea promissum fuit, quod de dicto Consilio aliqui elligantur ad faciendum impositionem peditum, et quod illi qui elligentur, die Jovis proxime debeat esse hic Utini simul cum domino patria, et deinde singulis diebus sicut eis videbitur, donec dicta impositio facta fuerit peditum, super quo fuerint electi dominus Abbas Rosacen. pro prefato domino Joanne de Villalta pro liberis dominus Asquinus de Colloreto, dominus franciscus de Manzano, dominus franciscus de Tercono pro ministerialibus, Mattheus notarius pro Communi Aquil. philippus de portis pro Communi Civitatis, Magister franciscus nasutti pro Communi Utini, Hermanus notarius pro Communi Aquilegie.

Die Tertio Jouis Mensis Decembris, In loco predicto Conuen-
nientibus In vnum simul cum Dno patha omnibus
Consiliarijs antedictis, et aliquibus Nobilibus vz.
D. Decomo Ciuitatis, Nappino dela Turre, federico de
villalta, [illegible] strassoldo, et magistro francisco nasutti
pro Impositione peditum firmatum fuit, et promissum
quod Impositio peditum fiat per decenas, et quod Gastal-
diones et officiales Dnj ac Nobiles forojulij villas
et decenas eorum reducant In Scriptis, et illas dare
debeant Dno pathe, et suo Consilio vsque ad festum
epiphanie Dnj, et quod In Crastinum epiphanie omnes
Consiliarij Conueniant cum Dno patha ad procedendum
super dicta Impositione peditum, Item statuerunt,
et firmauerunt, quod Monstra fiat In Campiformio
cum equis, et armis In Crastinum post purifica-
tionem beate virginis Marie sub pena predicta.

In christi Nomine Amen, Anno Dnj Millesimo Tricente- 1328
simo vigesimo octauo, Indictione vndecima, Die
vndecimo Mensis februarij, Infrascripta sunt
facta In collogio Generali cellebrato viiij die
mensis februarij, In quo Interfuerunt Infrascripte
Nobiles persone, Dnus Abbas Rosacensis, et Dnus
Abbas Sextensis, Dnus Morandus de porcileis, Dnus
Oluinus de prampergo, Dnus Odoricus de strassoldo
Dnus Odoricus de Cucanea, Dnus Arthicus de
prampergo, Dnus hector de varmo, Dnus Anfossus
dela Turre, Dnus Joannes de villalta, Dnus
federicus de villalta, Dnus ludouicus de Cano-
riacho, Dnus Mussattus de Canoriacho, Dnus Benardus de

strassoldo, Dnus Joannes de Cuccanea, Dnus Guarnerius de Cuccanea, Dnus Thomasuttus de Pertestaim, Dnus Joannes de Pertestaim, Dnus Rizardus de Valuesono, Dnus Asquinus de Colloretto, Dnus Federicus de Sauorgnano, Dnus Joannes Franciscus de Castello, Dnus Arthicus de Varmo, Dnus Franciscus de Tercomo, Dnus Philippus de Portis de Ciuitate, Dnus Franciscus de Manzano, Magr Joannes medicus de Aquilegia, magr Odoricus notarius de Vtino, magr Franciscus notarius de Vtino, Mapheus notarius de Aquilegia, Ottolinus Cuirch de Glemona; ac alior(um) q(uam) plurium Tam Nobilium q(uam) Communitatum ad dictum Colloquium specialiter Congregatorum multitudo Copiosa.

Propositis per Dnum patham in Colloquio predicto que preponenda erant benigne ac diligenter, ac prouide super Custodia Totius Terre Forijulij, et fortificatione eiusdem, et maxime propter propinquum aduentum De Dnus Com., et alior(um) baronor(um) cum exercitu suo magno, et super reformatione Terre Aquil. et reparatione status, ac super facto impositionis Militie et monstre facte, et illor(um), qui non interfuerunt eidem monstre, necnon super impositione peditum iuxta decenas ordinatos, ac etiã super omnibus et singulis reformatione indigentibus, et statum bonum et utile Totius Terre Contingentibus; quesitum fuit ab omnibus more solito, quid Consulebat, quidue uidebatur agendum, et Tunc Consultum fuit ab omnibus, et firmatum p(ro) ad euitanda pericula et damna, que occurrere

possint ad providendum omnibus, que proposita sunt per Dnum patham predictum, Dnus patha habeat consiliarios suos, et quod illi consiliarii elligant simul cum Dno patha quattuor, sex, vel octo, sicut eis videbitur, qui super iis provideant, ordinent, et disponant, prout eis melius, et utilius videbitur, et quod quicquid fecerint, ordinaverint, valeat, et teneat, ac si per tottum Colloquium factum esset.)

Vocatis igitur ibidem omnibus Consiliariis antedictis aliisque de Collegio recedentibus in partem provisu fuit per ipsos, simul cum Dno patha, quod septem elligantur, qui habeant potestatem omnimodam antedictam, et tunc electi fuerunt per ipsos infrascripti duraturi per tres menses Dnus Morandus de purciliis pro prelatis, Dnus Joannes de villalta pro liberis, Dnus Odoricus de Cuccanea, Dnus Artucius de prampergo, Dnus Joquinus de Colloreto pro ministerialibus, Dnus federicus de Savorgnano pro ... Dnus Paulus bojanus pro civitate et Communitatibus.)

Facta igitur ellectione predictorum, et publicata ibide coram totto collegio, finitoque dicto colloquio ipse Dnus patha cum consiliariis suis predictis ellectis ascendit palatium suum predictum, et se traxit in sala parva, et ibi consuleretur, et videret quid esset agendum, et tunc primum provisu fuit super facto impositionis militie etc. quod illi, qui no

fuerunt in monstra, requirantur iterum per litteras Dnj patrie ut die dna omnes sint cum armis, et balistis sibi impositis ad faciendum dictam monstram Coram Dno patria, ubi erit, et quod contra non venientes procedatur ad exactionem pene in precedenti Colloquio ordinate, Contra vero illos de pulcinico, qui nec venerunt, nec se excusauerunt Tamquam spernentes mandata Dnj patrie, procedatur, et pignorentur super bonis suis, et quod Dnus patria de benignitate sua iterum ipsos de pulcinico requirat, et die dicta omnes monstram suam faciant cum aliis, et decenas super facto peditum, quos mittere noluerunt, mittant ad dictum Terminum, alioquin modo predicto procedatur contra ipsos.

Tertio promissum fuit, et firmatum ibidem dicta die, quod impositio peditum iuxta decenas fiat, quod pro qualibet decena duo pedites habeantur, et cum expedierit, si unus pro decena non suffecerit, duo habeantur.

Numerus autem Decenarum inuentarum inferius annotatur.

Aquilegia Consignauit	Decenas .15.
Ciuitatum	Decenas .cl.
Glemona	Dec. c.
Utinum	Dec. c37.

Maranum	Dec. 22.
Monfalconum	Dec. 49.
Gastaldia flumiselli	Dec. 10.
Gastaldia Chanisachij	Dec. 34.
Gastaldia Agelli Sacilletum	Dec. 60.
Gastaldia mosse	Dec. 4.
Gastaldia Hebulle	Dec. 4.
Gastaldia Manzanj	Dec. 16.
Abbas Rosacensis	Dec. 17.
Capitulum Civitatis de visano et Cultello Signanis	Dec. 9.
Item premariacho	Dec. 19.
Gastaldia Landorj	Dec. 52.
Gastaldia Soffimbergi	Dec. 11.
Gastaldia Tricesimj	Dec. 50.
Gastaldia Buije	Dec. 45.
Gastaldia Sancti Danielis	Dec. 48.
Gastaldia Faganee	Dec. 134.
Gastaldia Sedeglianj	Dec. 13.
Capitulum aquileien.	Dec. ij. et med.
In palmata Item in Melaretto Item in Melaretto	Dec. iij.
Item de Sancta Maria lalonga	Dec. 9.
Item de Ronchis et Ronchettis	Dec. ij. et med.
Morteglianum	Dec. 20.

Lauarianum ——— Dec. 9
Abbatissa aquil. dedit in insula Tortij pro villis
Tortij et sancti Martinj, Muric et
Ceruignanj ——— Dec. 16.
Castaldia Tulminj ——— Dec. 82.
Torcentum ——— Dec. 25.
Pinzanum ——— Dec. 10
Ragonea ——— Dec. 4.
Flagonea ——— Dec. 8.
Abbas Mosacensis ——— Dec. 27.
In Canali Clusę ——— Dec. 4.
Castaldia Carnee ——— Dec. cclxx
Spigimbergum ——— Dec. c33.
Saluesonum ——— Dec. 30.
Castaldia sancti viti ——— Dec. 25.
Abbas Sestensis ——— Dec. 22.
Meduna ——— Dec. 12.
Prata ——— Dec. 30.
Porcilius ——— Dec. 45.
Pulcinicum ——— Dec. 30.
Castaldia Anianj ——— Dec. 41.
It. de liberis de Maniacho ——— Dec. 8.
Item de ministerialibus ——— Dec. 2.
It. de seruis ——— Dec. 1.
Sacillum ——— Dec. 7.
Camipa ——— Dec. 13.
Susannum
Persium ——— Dec. 10.

Mels, Collorettum ——— Dec. 15.
Tercomium
Moruttium ——— Dec. 10.
Villalta
Cauoriachum ——— Dec. 5.
Fontana bona ——— Dec. 2.
Castillerium ——— Dec. 3.
Brazachum superius
Brazachum inferius ——— Dec. 3.
Prampergum ——— Dec. 8.
Sauorgnanum
Cernodum ——— Dec. 6.
Cuccanea ——— Dec. 10.
Castellum ——— Dec. 5.
Strassoldum ——— Dec. 5.
Riuarotta ——— Dec. 4.
Varmum ——— Dec. 6.
Brugnaria ——— Dec. 10.
Villa noua ——— Dec. 3.

Summa Decenarum, sunt decene duo millia, et quindecim et med.

Et Ego Symon filius q. prudentis viri Ioannis notarij de Louaria publicus imperiali auctoritate notarius ex commissione mihi

facta per Magnificum et Generosissimum Dominum Nicolaum Marcello pro inclyta Celsitudine venetorum patrie foriiulij locumtenentem dignissimum prout in scripturis autenticis olim q. Gabrielis notarij q. q. henrigini de Cremona Reverendissimi Domini Pagani patriarche cancellarij inveni nihil penitus addens, vel minuens, quod sensum mutet, aut variet intellectum, fideliter suprascriptam Taleam Militie, et Numerum Decenarum ceteraque contenta in precedentibus quinque cartis huic fideliter sumpsi, et descripsi, meisque nomine, et signo appositis consuetis in fidem et Testimonium omnium et singulorum premissorum.

1337 IN christi nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem Millesimo Tricentesimo Trigesimo septimo, Inditione quinta Die decimonono Mensis Januarij, Civitatis austrie In Camera cubicularia suprascripti Domini Beltrandi patriarche Convocato, et congregato consilio foriiulij coram dicto Domino patriarcha more solito, in quo quidem consilio erant infrascripti consiliarij et alij ellecti per Dominum patriarcham, et ipsum consilium videlicet Venerabiles viri Domini Morandus de porciliis canonicus ~~\[illegible\]~~ aquilegie, Guielmus mainam Doctor decretorum Canonicus Civitatis, et Gerardus prior de Saurnana Capellani dicti Domini patriarche, ac Nobiles viri Domini Odoricus, Girardus, et Joannes de Cuccanea, Arthicus de prampergo, Bregonea de Spilimbergo, philippus de portis, Conradus Bo-

yonnus de Civitate Austrie, hermanus de Carnea Milites, ac Gabriel de prata, Asquinus de Colloreto, Guarnerius, et hendricus de Cuccanea, ostalus de strassoldo, Rambaldus de Cauoriacho, Rizardus et Jacobus de Tricano, franciscus de villalta, Joannes vobesinus de Civitate austrie, Daniel Gastaldio Civit. Mapheus notarius de aquilegia, Antonius notarius de Civit., et mancorus de vemo, et perlectis ibidem Capitulis suprascriptis alias prepositis in Collogino Generali, et petito Consilio a suprascriptis personis Tandem deliberatione habita diligenti Consuluerunt deliberaverunt et ordinaverunt, providerunt imprimis super primo Capitulo, quod habet de militia forijulij augumentanda, quod elligantur sex persone de forojulio (viz.) unus pro prelatis, unus pro liberis, duo Ministerialibus, et duo Communitatibus, qui habeant auctoritatem augumentandi dictam militiam, sicut eis videbitur expedire pro meliori patrie forijulij, et sic per dominum patriam et Consilium statim electi fuerunt Ven. vir dominus Morandus de puncilois ~~Cancellarius~~ Canonicus aquilegie pro prelatis, dominus Gabriel de prata pro liberis, dominus Arthicus de Spilimbergo pro ministerialibus, ac dominus philippus de portis, et dominus hermanus de Carnea pro Communitatibus, quibus per dictum Consilium tradita fuit potestas augumentandi dictam Militiam, et de ipsa providendi sicut melius, et utilius

pro securitate, deffensione, et bono statu patrie foriiulij expedire videretur eis, et ad hoc faciendum terminum haberent hinc ad Dominicam medie quadragesime.

Die vigesimo Mensis Januarij, presentibus Nobilibus viris Dnis Odorico de Cucanea, et Girardo eius filio militibus Testibus, Suprascripti sex ellecti per dictum consilium convenientes in unum ad providendum super premissis sibi commissis a dicto Consilio pro bono statu, et defensione aquilegiensis Ecclesie, ac patrie foriiulij augumentarunt et addiderunt militiam tam dicto Dno patriarche quam eius subditis ultra impositionem alias factam prout inferius continetur, addiderunt namque supradicto

Dno patriarche	elm. 20.	Bat. 5.
Dno Epo Concordiensi	elm. 2.	Bat. 2.
Dno Abbati Bellinensi	elm. i.	Bat. i.
Dno Preposito S. Stephani agl.	elm. i.	Bat. o.
Monasterio maiori aquilegie	elm. 2.	Bat. 2.
Dno Abbati Rosacensi	elm. 2.	Bat. i
Dno Abbati Mosacensi	elm. i.	Bat. i.
Dno Abbati Sextensi	elm. 2	Bat. i.
Monasterio maiori Civitatis	elm. i.	Bat. i.
Illis de prata	elm. 4.	Bat. o.
Illis de porciliis	elm. 4.	Bat. o.
Illis de pulcinico	elm. 2.	Bat. i.
Habitatoribus de fuiano	elm. i.	Bat. o.
Illis de Maniaco	elm. i.	Bat. i.
Illis de pinzano	elm. o.	Batt. 2.

Illis de Toppo	elm. 0	Bat. i.
Illis de Spilimbergo	elm. 2.	Bat. 2.
habitatoribus Sancti Viti	elm. i.	Bat. i.
Illis de Sbroyauacca	elm. i.	Bat. i.
Illis de la fratina	elm. 2.	Batt. i.
Illis de flagonea	elm. i.	Bat. 0.
Federico de Castro Raymundi	elm. 0.	Bat. i.
Illis de villalta et Canoriacho.	elm. 2.	Bat. 2.
habitatoribus de fagonea.	elm. 2.	Bat. 2.
Illis de Toreomo et moruntio	elm. 2.	Bat. 2.
Illis de fontebono	elm. i.	Bat. 0.
Illis de Colloreto et melso	elm. 2.	Bat. 2.
Illis de pers et Susons	elm. 0.	Bat. i.
Hendrico et Berthulo, et Coradollo fratribus de s. to daniele	elm. 4.	Bat. 4.
aliis habitatoribus de s. to daniele	elm. i.	Bat. 0.
Illis de prampergo	elm. i.	Bat. 0.
Illis de Vengois	elm. 0.	Bat. i
Illis de Buya	elm. 0.	Bat. i.
habitatoribus et min. de attemps	elm. 2.	Bat. i.
Illis de Cucanea, Partistagno, et Valuesono	elm. 4.	Bat. i.
Illis de Soffumbergo	el. i.	Bat. 0.
Illis de strassoldo	Elm. 2.	Bat. 0.
Illis de Manzano	elm. 2.	Bat. i.
Illis de Varmo	elm. i.	Bat. i.
Remo. Sauorgnano	elm. 10.	Bat. 5.
Ciuitatis Austrie	elm. 5.	Bat. 3.
Glemone	elm. 3.	Bat. 2.

Aquilegie — elm. 2 — Bal. o.
Montisfalcono — elm. i — Bal. o.
Riua rotte — elm. i — Bal. o.
Talmentto — elm. i — Bal. o.
Cernedo — elm. i — Bal. o.

Summa elmor. addit. est. c.ij. Summa balist. addit. est. Lta

Et Ego Symon filius q. prudentis et Joannis notarij de lonaria publicus imperiali auctoritate notarius prout in notis olim Dnj Gubertini R.mi Dnj Beltrandj pathe Cancellarij mihi commissis reperij, supra scriptum Collogium, ac Talem augumentu sive additionem in presentibus duabus cartis contentam hic fideliter descripsi, appositis hic signo et nomine meis consuetis ad premissorum fidem rogatus, et requisitus.

* IN christi Nomine, Amen. M.º ccc.º Lvj. Inditione quinta, Die lune primo octobris. Conuocato, et Congregato Consilio Consiliariorum forjulij in presentia R.mi in xpo patris et Dnj D. Nicolaj pathe aquileien. In quo quidem Consilio interfuerunt Ven. in xpo pater Dnus frater petrus Episcopus Concordien. Egregij ac Nobiles, ac discreti viri Dnj frater Guido Abbas Mosacensis, Gambinus de Cremona Canonicus Aquileiensis, Nicolaus dela fratina, franciscus de Strasaudacca, Conradus Boiannus Milites, Biaginus, henricus de prasoldo, henricus de Spilimbergo, Maynardus de villalta, Rizardus de

Tercimo, Simon de Cucanea, franciscus de Colloreto, Dietalmus de perso, Castronus de Sauorgnano, Nicolussius Arponus, jacobus de Clemona juris peritus, Guielmus de picossis de aquilegia, ac etiam Dnus Cinus perus de Luca, et Joannes de lisono, prefatus Dnus patha proposuit, qualiter novissimis diebus nonnulle gentes attemptauerint jntrare terram suam Aboniam furtiuo modo, sed primitus nequiuerunt suum propositum adimplere, postea vero quedam gentium qualitas furtiue, et proditorie jntrauit nocturno tempore dictam terram, volens eam eidem et aquilegiensi ecclesie surripere, sed fideles nostri jntrinseci de Abona viriliter resistentes Gentes jpsas cum personarum damno, et vituperio eiecerunt, captis aliquibus et jnterfectis de jpsis. Facta subsequenter D. Hertlindius de Veinsinch Capitaneus portusnaonis pro Dno Duce Austrie propria auctoritate, et jndebite spoliauit fideles jpsius Dni pathe de prata eorum possessione cuiusdam ville, et jpsorum magna armentorum quantitate derobauit, multaque alia jnferre minatur, et jn damnum et preiudicium aquilegiensis ecclesie, et eius fidelium subditorum que tantummodo credit jdem Dnus patha procedere de voluntate Dni Ducis prefati pro aliquibus quidem violentiis et offensis, nihil contra jpsorum authores noui attemptare hucusque voluit propter mandatum sibi factum ex parte Dni nostri Romanorum Regis continens quod jpse Dnus patha sibi quantum poterat, precaueret ne aliquid jnnouaret, propter quod Guerrarum seu

+ Commotio posset in hac patria suscitari, petijt ipse Dnus patha sibi per dictos Consiliarios Consuli quid agendu foret in premissis pro Conservatione honoris sui, ac boni status patrie et fidelium suor., Dicti vero Consiliarij premissis omnibus et singulis auditis, et super ipsis deliberatione habita diligenti Consuluerunt eidē Dnō pathe, q Guerram et discordiam debeat q̄tum poterit evacuare, et ut fieri melius poterit, requirat Dnum de Lethemberch missum per prefatum Dnum Regem ad partes ipsas, et qui eiusdem Dni Regis personam representat, q ipse se interponat de tractatu Concordie super premissis, et si Concordia fieri possit cum honore dicti Dni pathe ~~bene~~ quidē, Sin autem dictus Dnus patha ordinet q dicti omes sui subditi statim parati sint cum equis et armis ad defendendum, et resistendum, ne aquilegiensis Ecclesia, et ipsius fideles sic indebite opprimatur, et ad hec prosequenda obtulerunt Totaliter posse suu et quia postq̄ facta fuit antiqua impositio Talee militie forijulij Complures ex fidelibus aquilegiensis ecclesie depauperati erant, propter quod non poterant servire cum dicta Talea, et aliqui ditati erant, quibus Jam non exstiterat impositio maior militie Talee Consuett q examinetur impositio ipsa, et q addatur ditioribus et minuatur depauperatis, prout equitas suadebat, et sic statim ellegerunt ad examinationem, et ordinationem, ac reformationem dicte Talee augēdē, et

diminuende, quibus videbatur minuend, Dnos Abbatem mosacen, Nicolaum dela fratina, Henricum de strassoldo, Rizardum de Tercomo, franciscum de Coloreto, Benevenutum de flagonea Civem Aquilegie, Castronum de Savorgnano, Nicolussium Xponum de Civitate, et magistrum Jacobum de Glemona predictos, quibus potestatem tradiderunt addendi, et diminuendi omnibus et singulis fidelibus aquilegiensis ecclesie de dicta Talea militum, et reformandi prout eis melius, et convenientius videbitur expedire, post meridiem vero die predicta predicti novem electi vna cum Joanne delisono ad hec deputato, et misso per prefatum Dnum patriam Convenientes in vnum in domo fratrum predicator. de vtino habita deliberatione diligenti, ac respectu habito ad facultates omnium et singulorum, qui servire debeant cum Talea militie, reformaverunt dictam Taleam in hunc modum. Ssz. Imprimis Dnus patria predictus habeat suam Taleam predictam militie vz. elmos xl. et Balist. x. Dnus Epus Concordien. qui antea serviebat cum octo elmis et duabus balist. de cetero serviat ecclesie Aquileien. cum elmis. x. et Bal. ij. Item Capitulum aquileiense cum elmis. x. Bal. 2. juxta impositionem antiquam, Item Abbas Bellunensis cum elmis juxta impositionem antiquam, Item prepositus Sancti Stephani aquilegie elmos. 3. et Bal. i. juxta impositionem antiquam, Item prepositus sancti foelicis aquil. Balist. j. juxta impositionem antiquam, Item

Monasterium maius aquilegie cum elmis duobus Bat. 2.
juxta jmpositionem Antiquam, jtem Abbas Rosacensis.
qui Antea serviebat cum tribus elmis et Bat. j. de
cetero serviat cum elmis tribus et bat. 2. jtem
Abbas monasterij Mosacensis, qui Antea serviebat
cum elmis tribus Bat. i. de cetero serviat cum elmis
tribus et Bat. 2. jtem Abbas Sextensis, qui Antea
serviebat cum elmis 4or. Bat. i. de cetero serviat
cum elmis 4or. Bat. 2. jtem Capitulum Civitaten
cum elmis. x. Bat. 2. juxta jmpositionem Antiquam, Mo-
nasterium Maius Civit. cum elm. i. bat. i. juxta jmpo-
sitionem Antiquam, jtem prepositus sancti odorici sup
fulmentum cum elmis 3. juxta jmpositionem Antiquam,
jtem prepositus Carnee cum elm. i. juxta jmposi-
tionem Antiquam, jtem Dnj de prata cum elmis. 16.
et Bat. 5. juxta jmpositionem, jtem Dnj de purcileis
cum elm. 16. Bat. 5. juxta jmpositionem Antiquam.
jtem Dnj de pulcinico cum elmis 8. et Bat. 4or. juxta
jmpositionem Antiquam, jtem habitatores de Aviano
cum elmis duobus et Bat. j. juxta jmpositionem
Antiquam, jtem jlli de monteregali cum elm. i. Bat. i.
quia eis fuit diminut. elm. j. propter statum eorum
deterioratum, jtem jlli de maniacho cum elm. 3. Bat. 3.
quia sunt eis additi duo bat. propter eorum statum
augumentatum et melioratum jn bonis suis, jte
jlli de spinzano, seu qui tenent Castrum jpsum cum
elmis. ij. juxta jmpositionem Antiquam, jtem jlli de

Joppo cum vno elmo et Balist. i. juxta impositionem antiquam; Item illi de Spilimbergo, et Zuccula cum elmis. 14. Balist. 4. quia sunt eis additi duo elmi et Bal. ij. propter eorum statum in divitijs et potentia augumentatum; Item habitatores de Sancto Vito cum elmis duobus et Bal. i. juxta impositionem antiquã; Item illi de Strosauaccha cum elm. 3. Bal. i. juxta impositionem antiquam; Item illi de Saluarollo cum elm. i. Bal. i. juxta impositionem antiquam; Item de Laurenzaia cum elmis tribus juxta impositionem antiquam; Item habitatores Medune cum elmis duobus, quia eis est diminutus vnus elm. propter statum ipsius Terre deterioratũ; Item illi de Azano cum Bal. i. quia de elmo vno sunt reducti ad Bal. i. propter eorum statum deterioratum; Item illi de Sruario cum elmo vno juxta impositionem antiquam; Item illi dela fratina cum elmo vno; Item Dnus Nicolaus dela fratina cum elm. vno, et Bal. i. quia status eius est melioratus et augumentatus in bonis; Item illi de flagonea seu illi, qui Tenet Castrum ipsum cum elm. i. juxta impositionem antiquam; Item illi de villalta et Cauoriacho cum elm. 10. et Bal. 2. quia eis sunt diminuti duo elmi et duo Bal. propter eorum statum deterioratum; Item illi de fagonea cum elm. 4. Bal. i. Item vltra eos Majnardus de fagonea cum elm. i. et vidulus de buja habitator fagonee cum bal. i. Item illi de Tercano et murutio cum elm. 12. bal. 4. juxta impositionem antiquam; Item illi de Castillerio cum elm. i. bal. i. quia eis sunt diminuti elm. i. bal. i. propter eorum statum deterioratum; Item illi de Brazaco superiori et inferiori cum elm. i. bal. i. juxta impositionem antiquam; Item illi de fontebono cum elm. i. bal. i. quia

sunt ejs diminuti duo elmj propter eorum statum deterioratum, Item illi de Colloreto cum elm. 12. Bal. 4. Item illi de melo cum elmis duobus, et Bal. 2. Item illi de pers cum elm. 2. Bal. 2. Item illi de Susano cum elm. 1. Item habitatores de Sancto Daniele cum elmis 4. Bal. 2. Item Coradella de dicto loco cum elm. 1. et filij q. Dnj Bartholomej de dicto loco cum elm. 2. quia eorum statum est melioratus et ditatus, Item illi de Ragonea cum elm. 2. et bal. 2. juxta impositionem antiquam, Item illi de prampergo elm. 6. Bal. 3. quia sunt eis diminuti tres elmj propter eorum statum deterioratum, Item illi de Cassacco, seu qui tenent bona, et locum eorum cum elm. 1. juxta impositionem antiquam, Item habitatores de Arthenea cum Bal. 1. juxta impositionem antiquam, Item Osopium elm. 1. bal. 1. Item illi de Carnacho Bal. 1. quia de uno elmo reducti sunt ad unam Balistam propter eorum statum deterioratum, Item illi de Vendoio cum elm. 1. bal. 1. juxta impositionem antiquam, Item habitatores de buja cum elm. j. bal. 1. juxta impositionem antiquam, Item habitatores de Gemona cum elmis duobus, Bal. 1. juxta impositionem antiquam, Item habit. in Tricesimo cum elm. 1. Item illi de Cuccanea partistagno, et valuesono cum elm. 16. balistis 4. juxta impositionem antiquam, Item illi de Saffumbergo . . . Item illi de Strassoldo cum elm. 10. Bal. 2. juxta impositionem antiquam, Item illi de Manzano cum elm. 4 bal. j. juxta impositionem antiquam, Item Jacobus Marcellus de Utina pro Castro de Invillino cum elm. 2. Item illi de budrio cum elm. 1. juxta impositionem antiquam, Item illi de varmo cum elmis duobus, Balista j. quia est diminutus unus elmus eis propter eorum statum deterioratum, Item dethalmus de varmo inferiori cum elm. 1. juxta impositione

antiquam, Item illi de Zeglaco cum Balist. i. juxta impositionem antiquam, Item illi de Corneo cum elm. i. Bal. i. juxtam impositionem antiquam, Item Commune Civitatis Aquilegie cum elm. 4. Balist. 4. quia sunt sibi diminuti quattuor elmi propter statum ipsius Civitatis deterioratum, Item Commune Civitatis Austrie cum elm. 18. quia eis diminuti sunt elm. 8. et Balist. 2. tam intrinsecus et extrinsecus propter statum ipsius Terre deterioratum, Item Commune Glemone cum elm. 12. et bal. 4. juxta impositionem antiquam, Item Commune Utini, et illi de Savorgnano cum elm. 45. Balist. 25. quia sunt eis additi quinque elmi, et quindecim balist. propter eorum statum augumentatum, et melioratum, Item habitatores de monte falcone cum elm. 3. juxta impositionem antiquam, Item habitatores de Tulmetio cum elm. 2. bal. i. quia est addit. i. balist. propter eorum statum augumentatum, Item Commune Sacilli cum elm. 4. quia sunt eis additi duo elmi, Item habitatore de Campa cum elm. 2. juxta impositionem antiquam, Item illi de Sorleuo, Gonto, et linnas cum elm. 2. It. illi de Los elm. 2. juxta impositionem antiquam, Item habitatores de mossa cum elm. i. juxta impositionem antiquam, Item habitatores de vipaco cum elm. 3. juxta impositionem antiquam, Item Dni de petrapillosa cum el. 3. bal. i. juxta impositionem antiquam, Item Dni de polla cum elm. 6. bal. i. juxta impositionem antiquam.)

Et Ego Simon notarius de lovaria suprascriptam Taleam Militie prout in scripturis olim Dni Gubertini notarii et R.mi Dni patris Nicolai scribe mihi commissis reperi, hic fideliter

accepiam, meisq nomine, et signo appositis consuetis in premissorum fidem.

Nos Ludovicus Bragadenus pro illustrissimo Ducali Dominio venetorum etc patrie fori Julij Locumtenens quoniam ob locorum distantiam de notariorum legalitate sepius dubitari solet, ideo cunctis presentes inspecturis fidem facimus indubiam, quod suprascriptus Simon, qui ultrascripta colloquia parlamenti parlamenti ac suprascriptam ac infrascriptam Taleam militarem scripsit est verus et authenticus notarius bone opinionis et fame, cuius scripturis publicis in judicio et extra fides adhibetur plenissima, in quorum fidem etc. Utini Die Terciodecimo Novembris 1489. Joannes pacis

Militia patriarchatus et patrie aquilegiensis Tempore dominj Ludovici Patriarche.

Primo Dominus patha	elm. 32.	Bal. 8.
Dominus Episcopus Concordien.	elm. 8.	Bal. 2.
Capitulum aquilegien.	elm. 10.	Bal. 3.
Abbas Bellinensis	elm. 2.	Bal. 0
Prepositus et capitulum s. stephani penes aquilegiam	elm. 3.	Bal. j
Prepositus et capitulum s. felicis in aquilegia	elm. 0.	Bal. j.
Monasterium maius in aquilegia	elm. 2.	Bal. 2.
Abbas Rosacensis	elm. 3.	Bal. j.
Abbas Mosacensis	elm. 3.	Bal. j
Abbas Sestensis	elm. 4.	Bal. j.
Capitulum Civitatis	elm. 10.	Bal. 2.

Monasterium maius ciuit.	elm. i.	Bat. i.
Capitum vtinj [illegible] prep.a sti odoriq	elm. i.	Bat. i.
prepositus Carnee	elm. i.	Bat. i.
Prata	elm. 5.	Bat. 4.
Purcilt.	elm. 6.	Bat. 4.
Pulcinicum	elm. 4.	Bat. 4.
Auianum	elm. i.	Bat. i.
Monsregalis	elm. i.	Bat. i.
#Maniacum	elm. 3.	Bat. i.
Pinzanum	elm. i.	Bat. i.
Toppum	elm. i.	Bat. 0.
Spingnemberch	elm. 8.	Bat. 2.
Sanctus vitus	elm. 2.	Bat. i.
Sbroiauacca	elm. 2.	Bat. i.
Laurenzaia	elm. i.	Bat. i.
Saluarolum	elm. i.	Bat. i.
La Meduna	elm. 0.	Bat. 2.
Azanum	elm. 0.	Bat. i.
Gruarium	elm. i.	Bat. 0.
Fratina	elm. 2.	Bat. 2.
Flagonea	elm. i.	Bat. 0.
Villalta	elm. i.	Bat. 2.
Canoriachum	elm. i.	Bat. 0.
Vruspergum	elm. 2.	Bat. i.
Faganea	elm. 2.	Bat. i.
Murutiu, Tercanum	elm. 5. cu. j. d. p. trario	Bat. 4.

Brazachum superius / Brazachum inferius	elm. i.	Bal. i.
Fontanabona	elm. i.	Bal. i.
Colloretum	elm. 6.	Bal. 4.
Mels	elm. 2.	Bal. 2.
Sanctus Daniel	elm. 4.	Bal. 2.
Pers susanum	elm. i.	Bal. i.
Ragonea	elm. i.	Bal. i.
Prampergum	elm. 2.	Bal. 2.
Cassacum	elm. i.	Bal. o.
Arthenea	elm. o.	Bal. i.
Vendoium	elm. i	Bal. o.
Buja	elm. i	Bal. i.
Attemps	elm. 2.	Bal. 2.
Cucanea / pristam / Valuesonn	elm. 10.	Bal. 6.
Strassoldum	elm. 4.	Bal. 2.
Manzanum	elm. 2.	Bal. i.
Budrium	elm. i.	Bal. i.
Castellum et Tarcentu inferius	elm. 3.	Bal. 2.
Varmum	elm. 2.	Bal. i.
Dettalmus de Varmo inferiori	elm. o.	Bal. i.
Zeglacum	elm. o.	Bal. i.
... superius	elm. i.	Bal. i.

Aquilegia	elm. 1.	bal. 1.
Utrumque Savorgnanum	elm. 32.	bal. 8.
Civitas Austrie	elm. 12.	bal. 4
Glemona	elm. 6.	bal. 4
Monsfalco	elm. 1.	bal. 1.
Tulmetum	elm. 2.	bal. 0.
Sacillum	elm. 2.	bal. 2.
vel pedites	25.	
Campa	elm. 2.	bal. 0.
Socleuum, Guart, Lumeis	elm. 1.	bal. 0
Venzonum	elm. 4.	bal. 2.
Maranum facit pedites.		
Zopulla	elm. 1.	bal. 0.

Et Ego Simon notarius de lovaria Militiã prescriptam prout In quodam foleo vetheri et notis q. Joannis de D. ol. Gubertini et Reverendissimi Domini Ludovici patriarce Cancellarii mihi Commissis Inveni, hic fideliter scripsi apposito signo nomineque meis In fidem omnium premissorum.

.1456. die. 10. Junij, In Rogatis

~ Quod frumentum et Bladũ venditũ ad Credentiã solvatur, sicut vedebatur ad denarios propterea ~

Cum Devenerit ad Notitiã Dñij nostri. quod est fama

publica, quod per quosdam cives nostros, quam alios vendita fuerint frumenta ad Terminum pauperibus subditis et fidelibus nostris districtualibus Terrarum et locorum nostrorum precio inhonestissimo, et excessivo, qui subditi nostri oppressi fame, et necessitate Tanquam coacti pro non moriendo fame cum eorum pauperrimis familiis emerint ipsa frumenta ad Terminum eo precio, quo potuerint, que vos Deo et Mundo debet plurimum displicere, cum sit Totaliter Consumptio et ruyna ipsorum pauperum subditorum nostrorum, quibus est valde Compaciendum, Nam si cogi deberent ad solvendum dicta precia excessiva, certum est, quod Totum, quicquid recolligent Hoc anno, non sufficiet ad solvendum dicta debita adeo inhonesta, et illicita, et erunt ad peiorem Conditionem, et in maiori miseria, quam sint ad presens.

Vadit pars, quod scribatur Rectoribus Terrarum et locorum nostrorum, ubi videbitur Dominio, quod faciant publice proclamari, quod omnes subditi, et districtuales Regiminum suorum, qui emerint frumenta ad Terminum Tam a Civibus nostris Venetiarum quam ab aliis quibuscumque Comparere debeant coram eis ad Terminum dierum decem, à quibus et à quo, et ad quem Terminum, et quibus Conditionibus, qui Rectores considerare, et intelligere debeant differentiam existentem à precio, quo emerint ad Terminum, et a precio, quo ipsa frumenta vendebantur, et in illis locis, in quibus vendita fuerint, vel ubi vendita

fuerint, vel ubi vendita fuerint ad denarios con-
tatos, debeant limitare, taxare, et ordinare, quod
ipsi subditi nostri solvant frumenta per eos
empta ad terminum ad rationem ad decem usque ad viginti
ad plus sicut videbitur discretioni dictorum Rectorum consi-
derata quantitate, et longitudine terminorum pro quo-
libet stario vendito ultra pretium, quo dicta frumenta
valebunt in illis locis, vel vendita fuerint ad de-
narios numeratos, qui subditi nostri solvere de-
beant dicta frumenta per eos empta ad terminum
precio suprascripto per Rectores nostros limitando
per modum predictum, et ab inde supra dicti sub-
diti nostri non teneantur, nec obligati sint, nec com-
pelli possint, sed ab precio ipso limitando supra liberi
remaneant, et absoluti, ut se, et pauperes fami-
lias habiliter valeant sustentare, et hoc idem
intelligatur ab omnibus aliis bladis emptis ad
terminum tam in venetiis quam extra.

Vult partem supra scriptam per totum de procla-
mationibus fiendis etc. cum ista conditione, quod omnes
illi, qui emerint frumenta ad terminum, non
teneantur, nec possint cogi solvere maiori precio
eo, quo valebant in locis, ubi vendita fuerunt
tam in venetiis quam alibi ad denarios contatos,
et hoc dictum intelligatur de omnibus aliis bladis
emptis ad terminum tam hic, quam alibi etc.

Quod clerici non possint uti- eorum exemptionibus

Cum alias In 1402. Die 23. Aprilis captum fuerit
In maiori Consilio propter Inhonestas debitas, et
alias enormitates, que Committebantur per quosdam
clericos seculares, qui dicebant exemptos se vi-
gore aliquarum litterarum apostolicarum, quas impetra-
uerant In Romana Curia, propter quos non po-
terant Conveniri a debitoribus, nec puniri pro
alijs, que committebant, quod aliquis presbyter, vel
clericus secularis non possit uti aliqua exemp-
tione In venetijs nec districtu sub pena perpetui
banni de venetijs, et districtu, et quod non possit sibi
fieri Gratia vel sub pena ducatorum centum auri pro
quolibet ponente vel Consentiente partem In con-
trarium, et numquam permitteret reperiri se postquam
ad dictam penam Incurrisset, quod staret uno Anno In
Carceribus, et Iterum banniretur, et etiam sicut
In dicta parte Continetur, et quia per experientiam
visum est, quod dicta pars fuit, et est utilis, et fructuo-
sa, et propter eius bonitatem sit etiam providendum
quod observetur etiam In alijs Terris, et locis nostris,
quia habetur notitia, quod sunt aliqui ex dictis Cle-
ricis secularibus, qui habent similes exemptiones
et non curant de episcopis, nec de alijs suis
ordinarijs, et superioribus, et sub pretextu
multa Illicita committunt.
Vadit pars, quod si aliquis ex dictis Clericis secu-
laribus de cetero allegabit se exemptum, et ostendet

litteras exemptionis in aliqua Terra vel loco nostro con-
tra libertatem suorum ordinariorum, ipso facto sit ban-
nitus de illis Terris, et earum districtibus, ubi ostendet
et allegabit similes exemptiones, et non possit
sibi fieri Gratia, donum, remissio, nec presentis
partis renovatio sub pena ducatorum centum pro quo-
libet ponente seu consentiente partem in contrarium
et si unquam permiserit se reperire, stet uno Anno in
Carceribus, et iterum banietur, et Toties observet,
quotiens fuerit contrafactum, et mandetur omnibus
nostris Rectoribus, quod hanc partem, et contenta in
ea observent, et faciant observari etc.

~ Copia Captorum productorum per Comuniottas patrie forijulij nostro Ser.mo Du. Do. Venetiarum pro bono totius patrie. 1474. ~

Pasqualis maripetro Dei Gratia Dux venetiarum etc.
Nobilibus et Sapientibus viris Hectori pasqualigo
de suo Mandato Locumtenenti patrie forijulij, et
successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et
dilectionis affectum, fuerunt ad presentiam no-
stram oratores fidelium Communitatum ipsius
patrie, et nomine ea porrexerunt quinque Capitula
atque cum nostro Collegio fecimus responsiones
nostras sicut in Calce primus unius quod videbitis,
proinde volumus, et vobis Mandamus, quod re-
sponsiones, et deliberationes huiusmodi no-
stras observetis, et faciatis, prout jacent,
quantum ad vos attinet inviolabiliter observari,

registrari faciens in Cancellaria vestra istas litteras nostras ad memoriam successorum etc.

Tenor autem Capitulorum et responsionum nostrarum est iste

Pro parte fidelium Communitatum patriæ Forijulij, scilicet Civitatis austriæ, Utinj, Glemonæ, Tulmetij, Venzonj, et aliarum plurium supplicantium nostro Serenissimo, et inclyto Venetorum Dominio pro sublevandis ab infinitis Gravaminibus, et expensis, et ne ipsarum jurisditio violetur contra consuetudines antiquas observatas eiusdem Serenissimj Dominij concessiones etc.

Primo, quod cum proxime per Magnificum precessorem dominj Locumtenentis vendita fuerint Gastaldia Fagamnæ, et similiter Capitaneatus Soffimbergi reservato Criminalj suæ Curiæ longe minori pretio consueto, et contra Antiquam observantiam propter quod Gastaldiæ, et Capitaneatus jurisditio leditur, et subditi importabiliter Gravantur, supplicatur de Gratia spetialj, quod revocata venditione predictorum, prefatæ Capitaneatus, et Gastald. subhastentur, et vendatur cum omnimoda jurisditione, sicut Antiquitus fieri consuevit, sine aliqua reservatione, et ista perpetuo observentur.

Responsio, quod si ita est, quod venditio ipsa sine reservatione criminalis facta sit contra Antiquas Consuetudines patriæ observatas sub Dominio

nostro Tempore aliorum locumtenentium ante precessorem locumtenentem presentem vendita, ipsa penitus revocetur, et de integro etiam servatis privilegiis, literis, dictis et consuetudinibus ante presentem revocandam venditionem cons. in omnibus, et per omnibus et per omnia, et ita in posterum debeat observari.

Secundo, quod ex pluribus importantibus causis potius silendis quam exponendis ad commodum omnium fidelissimorum subditorum nostrorum dicte patrie provideatur de Gratia, quod officiales M. D. Locumt. scilicet vicarii, cancellarii, capitanei Tam preteriti quam futuri deinceps vaccare debeant per decennium, et ita inviolabiliter observetur.

Responsio, quod predicti omnes Tanti temporis vaccent ab eisdem officiis, et omnibus aliis officiis illius patrie, quantum similes officiales per formam legum nostrarum, et in aliis Civitatibus, et jurisdictionibus nostris vaccare Teneantur.

Tertio, quod Pars capta in excelso Consilio rogatorum in qua cavetur, quod banniti etiam de puro homicidio, banniti Intelligantur etiam per quindecim milliaria a Territorio commissi delicti, non habeat locum in patria, sed observetur sicut antiquitus observari consuevit, ita quod quomodocumque banniti pro puro homicidio sint securi in locis dicte patrie, que sint separate jurisditionis a loco commissi delicti, nisi in stratis publicis, ne Tales banniti habeant materiam ad loca extranea relicta patria exulare ex observatione dicte partis.

Responsio, quod fiat, et petitur quod observentur Antique Consuetudines patrie non obstante ordine de bannitis, de quo in Capitulo fit mentio, qui in privilegia, et Antiquum morem et Consuetudinem prie locum habere non intelligantur: etc.

Quarto exponitur vestre Serenitati cum gravamine, quod dominus Mareschalcus contra jurisditiones dictarum Communitatum et Castaldiarum introducere cepit, quod de quibuscumque vitiis commissis in stratis publicis dictarum et aliarum jurisditionum facit, aut fieri procurat querellas ad Tribunal Magnifici domini Locumtenentis cum maximo gravamine, et dispendio subditorum vestrorum. proinde supplicatur de Gratia provideri, quod dictus Marescalcus nullatenus se habeat impedire de similibus, sed Cognitio, inquisitio et Terminatio spectare debeat ad dictarum Communitatum, Castaldiarum et Capitaneatuum Judicia, licet Tales Rixe fuerint in stratis publicis perpetrate intra perimetros dictarum jurisditionum reservatis solum appellationibus in appellantibus Magnifico domino Locumtenenti, et quod dominus Mareschalcus habeat custodire stratas publicas, sicut Antiquitus consuevit capiendo in eis homicidas, latrones, assassinos, violatores stratarum, raptores, fures, et huiusmodi capitalibus criminibus investitos, et extra bannitos, et ducere eos judicandos ad loca proxima, in quibus copia bonorum virorum haberi potest juxta sententiam Antiqui parlamenti.

Responsio, quod serventur Antique Consuetudines et nullo modo aut per presentem, aut per futuros marescalcos aliquid de novo, aut antea per

alios marescalcos aliquid de novo non consuetum fiat
in aliquam aut diminutionem antiquarum observatarum
iurisditionum, privilegiorum, et consuetudinum illius patrie
quas nullo pacto ledi volumus, et penitus observari.

Quinto, quod deputetur locus ad monstram stipendiorum fiendam
in Valvesono, qui locus est prope ripam Tulmenti, vel alio
apto loco, ut stipendiarij de citra Tulmentum non habeant
causam transeundi et vadendi dictam aquam usque Utinum
quod distat a Tulmento per quindecim milliaria et ultra
et illi de ultra facile revertantur ad suas mansio-
nes sive predia quasi totius patrie.

Responsum fiat, ut petitur, et deputetur locus de tem-
pore in tempus ad monstram predictam fiendam per
Locumtenentem nostrum, qui convenientior et comodior
stipendiarijs quam subditis eidem locumtenenti visum
fuerit. Datum in nostro ducali palatio die xxij
decembris, indictione 9na 1460.

Nobilibus et Sapientibus viris hectori pasqualigo
Locumtenenti patrie forijulij et successoribus suis.

1434. die 16 mensis decembris
in Consilio Rogatorum

Quod dominium non possit concedere gratiam appellandi absque informatione rectorum, sub quo lata fuit sententia sub pena £ 100. pro quolibet cons.

Cum quottidie porrigantur nostro dominio multe

Supplicationes pro parte diversorum subditorum nostrorum de
extra venetias, per quas petunt posse appellare à
sententijs, aut alijs actibus, aut alia singula non
obstante lapsu temporis, aut non obstantibus statutis
aut alijs in contrarium facientibus, que supplicatio-
nes mitti consueverunt ad auditores novos sen-
tentiarum, et responderent, qui non sunt informati
nec esse possunt, an dicte supplicationes contineat
veritatem, et responderent, quod audiantur, et propter
hoc aliquoties tales supplicationes transeunt
cum damno et preiudicio plurimarum personarum
Vadit pars, quod omnes supplicationes quarumcumque
personarum de extra venetias, que porriguntur
in possendo audire, seu appellare a sententijs vel
quibuscumque actibus Rectorum et officialium nostrorum
quarumcumque terrarum et locorum nostrorum de extra ve-
netias non obstantibus statutis, aut lapsu tempo-
ris, aut alijs causis mitti debeant ad rectores
nostros locorum, ubi ille sententie, aut alij actus
facte, seu facti fuerint, qui audire debeant ipsas
supplicationes, illas diligenter examinare, atque
audire alteram partem in cuius preiudicium tales
gratie petentur, et ab utraque parte aliter si fue-
rit opportunum se informare de veritate fi-
enda, et exinde respondere nostro Dominio quic-
quid habuit cum eorum consilio et opinione, et Do-
minatio nostra intellecta natura rerum, et si

legittime et honeste Tales Gratie Concedi deberent consulere possint, et providere cum Consilijs ordinationis, sicut videbitur Conveniens et honestum, et non possint de Cetero Tales Gratie, seu supplicationes audiri, consulj, nec expedirj absq informatione, seu responsione, et Consilio dictorum rectorum sub pena librar. centum pro quolibet Consiliario, qui aliter faceret, et nihilominus Tales Gratie, que contra hunc ordinem consulte, seu expedite erunt in posterum non sint alicuius efficatie vel vigoris etc.

Exemplu privilegij Civit. Austrie à Ser.mo D. Imperatore Sigismundo Sub Anno. 1415. die. XX. Martij

Sigismundus Dei Gratia Romanorum Rex Semper Augustus, Ungarie, Dalmatie, Croatie etc. Rex. Honorabilibus et Egregijs hominibus, et Communitati Civitatis Austrie Forijulij nostris, et sacri Imperij fidelibus dilectis Gratiam regiam, et omne bonum, honorabiles et egregij devoti fideles dilecti Regie celsitudinis Maiestatis, qua divina Gratia nostros pupullos superere voluit, universos decet pia consyderatione pensare fortuitos subditorum eventus, et ipsorum necessitatibus providere, quatenus sit per salubris providentiam opportunitatis, populli in sui fidelitate roborentur, et Crescant, et de Cesar nomen Transiens in Augustum pietatem

exornet regiam, et efficiat clariorem, siquidem Maiestati
nostre per vos nuper exposito, quod Terra Civitatis Au-
strie (quam singulari affectione conplectimur) propter varios
Guerrarum incursus, et intemperiem aeris pestilentiosi
enormiter lesa ac diminuta ac quasi inhabitata
existit, quapropter vos ideo pro reparatione eiusdem optatis,
ut de nostra licentia possitis secure ad vos, et ad
Civitatem predictam recipere advenientes, et venientes
quoscumque, qui Sacro Imperio, et Nobis non rebelles, nec
infideles sint, exclusis presertim et exceptis illis, qui
in quodam parlamento dudum cellebrato in Castro Sancti
Danielis patrie Foriiulii per homines eiusdem patrie
rebelles habiti et nominati fuerunt, Nos igitur, qui
fidelitatibus vestris, et singulis populis pro huiusmodi
casu oppressis viscerose compatimur, et deffectibus
subvenimus, libenter attendentes premissa fore
vera, et supplicationes vestras iustas et consonas
rationi, fidelitatibus vestris Tenore presentium
auctoritate sacri Imperii nostri, atque nostra conce-
dimus, et liberam licentiam impartimur, et Damus, ut
quoscumque homines et personas cuiuscumque status et con-
dictionis existant, qui Sacro Imperio predicto, et nobis
non rebelles, et infideles sint, qui precipue non
intelliguntur esse, et non sunt de rebellibus, et excep-
tis nominatis in parlamento prefato, sed Nobis, et
Aquilegiensi ecclesie devoti, et fideles existunt, li-
ceat vobis, et ad vos, et ad Civitatem Austrie predictam

libere et Iure recipere quandocumque et quotienscumque
Cum Ipsorum familijs, atque bonis, rebusque, Societate et
consortio, vestris, et Amica pace gaudere, Ipsasque personas
et homines ad Ciuitatem predictam licite venire
et ad vos Iureque posse vobiscumque socialiter et Ciuiliter
habitare, et de gere Tenore simili indulgemus. quat-
tenus sic Ciuitatem beneficio nostre Concessionis huius-
modi pluralitate gentium reparare possitis, et populum
ex prefatis casibus collapsum restaurare per noui suc-
cessionem incole. Non obstante si hodie vel ante litteras
nostras Concessioni presenti Contrarias sub quacumque
verborum forma expressas ad aliquius, vel aliquorum
Instantiam indulsimus, aut Concessimus, quas, et alias
per nos in posterum fortassis concedendas presenti
et preferetur. Nostre Concessioni contrarias pre-
sentium Tenore decernimus non obstare, et volumus
esse nullas. Siquis autem licentie et Concessionis, ac
Indulti nostri huiusmodi violator extiterit, et Inobe-
diens Indignationi nostre Cesaree maioris se noverit
incursurum. presentium sub nostre Maiestatis
sigilli Testimonio litterarum. Datum Constantie Anno
Domini Millesimo quadringentesimo quintodecimo,
Die vero vigesima Mensis Martij, Regnorum
nostrorum Anno Vngarie &c vigesimooctauo Roma-
norum ellectionis. S. coronationis vero primo:~
Ad Mandatum nostri Regis Ioannes prepositus de Strigonio
vicecancellarius &c.)

Pacta et conuentiones pacis et concordiæ facta firmataque inter Ser.mum Duc. Do. Venetiarum et Comunitatem Ciuitatis Austriæ

1419) IN christi nomine, Amen, Anno Natiuitatis eiusdem Millesimo quadringentesimo decimonono, Inditione duodecima, Die vndecimo Mensis julij, Ad Laudem Omnipotentis Dei, et Gloriosæ matris eius Mariæ virginis, et Beati Marci Euangelistæ, Egregij et Spectabiles viri Dnj Albanus Baduario, Ross Ma- rino, Marinus carauello, Antonius Contareno, et franciscus foscari procuratores Sancti Marci hon. ciues venetiarum, Syndici, Actores, factores et procuratores Ill.mi ac Excellentissimj Principis et Dnj. D. Thomæ Mocenico Dei Gratia publico, et authentico instrumento scripto et publicato manu prouidi viri Christophori de Zoro Imperialj auctori- tate notarij, et Duc. venet. scribæ, Anno Nati- uitatis Dnj .1419. Inditione duodecimo, die decimo Mensis julij, à me notario infrascripto visso et lecto, Agentes nomine et vice dicti Dnj Ducis Dominij et Communis venetiarum, et Nobiles et prudentes virj Nicolaus de portis, Symon Joannis Antonij et Alexius Jacobi veri nuntij, Sindici, et procura- tores Gastaldionis, prouisorum, Deputatorum, Consilij, et Communis Terræ Ciuitatis Austriæ, sicut de eorum mandato et libertate clare constat duabus patentibus literis, Altera dat. In Ciuitate Austriæ, In Domo Consilij, Die Mercurij decimoctauo Mensis.

Maij · 1419 · Indictione duodecima · altera die · 4to · Mensis Julij presentis, Bullis dicte communitatis Ciuitatis austrie Bullatis à me notario infrascripto similiter visis et lectis, agentes nomine, et vice dicti Castaldionis, prouisorum, Deputatorum, Consilij, et Communis Terre Ciuitatis austrie ad infrascriptam pacem Deo auctore perpetuo duraturam cum modis firmis, et pactis et Conditionibus infrascriptis vnanimiter, et amicabiliter deuenerunt, Primo quidem dicte partes dictis nominibus sibi adinuicem remiserunt, et remittunt hincinde omnes iniurias, Rancores, offensiones, cedes, homicidia, vulnera, Crimina, scelera, et delicta, et alias cuiuscunque Generis offensiones quomodocunque illatas et perpetratas hinc inde per supradictas partes, seu ipsarum partium subditos, seu per vnam ipsarum partium contra alteram, seu per alteram seu per aliam contra reliquos subditos, et singulares personas ipsarum, Ita quod liceat, et licitum sit Ciuibus, habitatoribus, et subditis dictarum Terrarum et locorum ambarum partium Tam per Terram quam per aquam ire Terras, et locas vtriusque partis stare et conuersari, mercari, et negocia sua exercere, et ad libitum recedere cum bonis, mercantijs, et rebus suis Tute, libere, et secure, aut sine aliqua molestia, vel nouitate prout et sicut antea Tempore pacis facere Consueuerant, Item promisserunt, et Conuenerunt, ac promittunt, ac Conueniunt

dicti Sindici, et procuratores Gastaldionis, prouisorum deputatorum, consilij, et Communis Terre Ciuitatis austrie predicte predictis Syndicis et procuratoribus dicti Ill.mi Dnj Ducis, Dnij, et communis Veneti, et mihi notario infrascripto Tanquam publice persone stipulanti, et recipienti nomine, et vice dicti Dnj Ducis Dnij, et Communis Venetiarum, quod dicta communitas Ciuitatis austrie sit, et esse debeat inimica Dnj Regis Romanorum et Vngarie, et esse contra quamcunque potentiam descendentem de partibus superioribus pro dammificando Ill.mum Ducale Dnium exponendo omnes uires suas in Terris, et Dnijs suis, et quod ipsa communitas Gentibus armigeris, equestribus et pedestribus, et quibuscunque alijs Gentibus ipsius Ill.mi Ducalis Dnij Venetiarum omnem fauorem, et auxilium, et victualia possibilia dicte Communitati precio justo et Competenti dabit, eisdemque Gentibus dabit passum, transitum, et receptum in locis et per loca sua, Item promiserunt nominibus quibus supra quod dicta Communitas Ciuitatis austrie teneatur, et obligata sit in presenti Guerra Gentibus suprascriptis prefati Ser.mi Ducalis Dnij dare victualia dicte Communitati possibilia pro precio Competenti, et omne auxilium, Consensum, et fauorem, introitum et exitum in locis et per loca sua contra patriam, et Communitatem Vtini, et Contra omnes alios Compatriottas dicte patrie qui sunt, et erunt inimici dicti Ill.mi Dnij Venetiarum et contra ipsos esse inimicos, Item promiserunt nominibus supra, quod dicta Communitas Ciuitatis austrie dabit, et restituit egregijs et Spectabilibus

viris Dnis Tristano de Sauorgnano Militi, et Francisco eius fratri, et alijs exiticij de Utino, et alijs locis patrie forijulij, qui sunt cum dicto Dno Tristano et fratre amicis dicti Illmi Dnij Venetij omnia fortilicia, et bona sua, que sunt sub sua Dno Ciuitatis austrie. Ita quod dictis fortilicijs, et bonis suis, et eorum redditibus gaudere possint sine aliqua contradictione. Et prefati Syndici et procuratores dicti Illmi Dnij Ducalis Dnij et Communis Venetij promiserunt, ac Conuenerunt, ac promittunt, ac conueniunt dictis Syndicis et procuratoribus dicti Gastaldionis, prouisorum, deputatorum, Consilij et Communis dicte Terre Ciuitatis Austrie, et mihi notario Infrascripto Tanquam publice persone stipulanti, et recipienti nomine et vice dicti Gastaldionis, prouisorum, Deputatorum, Consilij et Communis ciuitatis austrie predicte, quod si dicta Communitas Ciuitatis austrie opprimetur, et offendetur Tam a dicto Rege Romanorum et vngarie, et ab alia potentia defendente a partibus superioribus sine a Dno patha, et Communitate Utinj, sine ab alijs Inimicis dicti Illustrissimj Dnij Venetj patrie predicte, dictum Illmi Dnium tuetur, et defendet dictam communitatem ciuitatis austrie contra predictos sicut faciet alia loca sua, Item promiserunt nominibus quibus supra quod si dictum Illmi Ducale Dnium Venetij veniet ad aliquam pacem seu Treguam cum Dno Rege Romanorum, et vngarie, aut cum Dno patha aquilegiensi, et Communitate Utinj, dictam Communitatem Ciuitatis austrie poni faciet in pace, aut Treguis predictis,

Quam quidem pacem, et omnia suprascripta in suprascriptis capitulis contenta dicte partes dictis nominibus sibi ad invicem et vicissim, scilicet una pars alteri, et altera alteri solemnibus stipulationibus intervenientibus promiserunt, ac convenerunt, ac promittunt, ac conveniunt sub dictis modis, formis et conditionibus singula singulis referendo rata grata, et firma habere, et tenere, contra in aliquo non facere, vel venire quavis ratione, occasione vel causa, que dici vel excogitari possit de iure, vel de facto per se, vel alios, directe, vel indirecte tacite, vel expresse, nec aliquo quesito colore in iudicio vel extra sub pena ducatorum decem millium boni auri et iusti ponderis solemni stipulatione promissa et cum restitutione omnium damnorum, interesse, et expensarum, que propterea fierent, litis et extra, in qua vero pena incidat illa ipsarum partium, que contrafaciet predictis, aut aliquo predictorum, et que pena a parte contrafaciente predictis, aut aliquo predictorum exigi possit, ac valeat per partem observantem toties quoties fuerit contrafactum, vel non observatum ut supra, et qua pena soluta, vel non, exacta vel non, nihilominus omnia et singula suprascripta perdurent, et inviolabiliter observentur, et pro quibus omnibus, et singulis attendendis, et adimplendis dicte partes, et utraque earum dictis modis, et nominibus sibi ad invicem et vicissim videlicet dicti syndici et procuratores dicti Ill.mi D.ni D.ni et communis Venetiarum dictis syndicis et procuratoribus dicti

Gastaldionis, provisor., deputator., consilij, et Commu-
nis dicte Civitatis Austrie nominibus quibus supra
vere(?) permit, et obligauerint, et hypothecauerint
pignori omnia bona communis venetiar., et sin-
gular. personar. Civitatis venet. mobilia, et immo-
bilia presentia et fut., et vice versa dicti Syn-
dici et procuratores dict. Gastaldionis, provisor.
et deputator., consilij, et Communis Civitatis
Austrie nominibus quibus supra predictis Syn-
dicis et procuratoribus Dnj Ducis, Dnij et Commu-
nis venetiar. stipulantibus, et recipientibus no-
mine dict. Dnj Ducis, Dnij, et Communis venet.
omnia bona Civitatis Austrie, et singular. personar.
ipsius Civitatis mobilia et immobilia presentia
et fut. pignori obligauerint, et hypothecauerint,
Renuntiantes dicte partes dictis nominibus quibus-
libet ear. in predictis omnibus et singulis excep-
tionj dict. factor. non sic factor., et concorditer
non Conuent. doli, malj, rei, et in factum actionj
Condictioni sine causa, vel ex iniusta causa, excep-
tioni q. met. causa privilegio fori, et omni, ac
cuilibet alij juri legum et Consuet. auxilio eisdē
dictis nominibus, vel dictis principalibus, vel
alicuj eor. quomodolibet competenti, vel competi-
turo, et legi dicenti generalem renunciationem
non valere, insuper dicte partes dictis nomi-
nibus, et modis ad maior. predictor. omnium

firmitatem sponte, et ex certa animi scientia juraverunt ad sancta Dei Evangelia suprascripta omnia et singula, et quilibet ipsorum attendere, et observare et adimplere perpetuo bona fide ad sanum, et purum sensum, et intellectum omni cavillatione, et obscuriditate, mala interpretatione, dolo, fraude cessantibus et remotis, voluerunt etiam, et mandaverunt predicte partes, et utraque earum, et rogaverunt de predictis omnibus, et singulis per me Marcum notarium infrascriptum confici debere unum et plura instrumenta eiusdem consonantie, tenoris, et effectus.

Actum Venetijs in Ducali palatio communis Venet. presentibus circumspectis, et sapientibus viris Leonardo de ris. q. ... panthaleonis, Benedicto loco q. ... Gerardi de Coneglano civibus, et habitatoribus civitatis austrie, ac prudentibus, ac circumspectis viris francisco bevazano, Joanne de bonisio, Anzelino Boza, et Hieronymo de Nicola notarijs, et Duc. Venet. scribis testibus ad hec vocatis specialiter, et rogatis, et alijs.

Ego Marcus Seraphino filius q. Seraphini civis et habitator venetiarum publicus imperiali auctoritate notarius, et Ducatus venetiarum scriba predictis omnibus et singulis presens fui, et rogatus a partibus predictis suprascriptum instrumentum scripsi, et publicavi, signumque meum apposui consuetum.

~ Pro comunitate civit. austrie q. serventur sua pacta, concessiones et privilegia del. 1486. ~

Augustinus Barbadico Dei Gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus, et Sapientibus viris Thome lippomano de suo Mandato patrie forijulij locumtenenti et successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. fidelissima Communitas Civitatis austrie sentiens se jussu nostro multifariam in dies requiri, et gravari in multis occurrentijs et Gravaminibus, sine oneribus contra forma et intentionem privilegiorum et concessionum suarum et literarum, ac declarationum per Dominium nostrum de Tempore in Tempus factarum, signidem et dolens, voltis habere pauperes homines habitantes in montibus, et suppositos jurisditioni ante scripte civitatis ad insolitas, et nimis per illos factas angarias, voltis etiam compellere homines villarum suarum ad curandum burgos utini, quod vlterius compulistis homines villarum suarum metu penarum insolitarum ad veniendum singulis quibusque diebus martis huc utinum ad certum mercatum per vos de novo, et preter solitum institutum istic utini, Demum quod requisistis communitatem Civitatis Austrie ad contribuendum fabrice unius Cancellarie, quam istic utini fabricare facere instituistis. Misit ad nos, et Capita Consilij nostri decem Spectabiles Oratores suos Vz. Dnum Antonium de Nordijs legum Doctorem, et egregium magrum

Antonium de paulittis indoluturos, sicut fecerunt de huiusmodi innovationibus, supplicaturos de opportunitate remedij pro inviolabili observatione privilegiorum, pactorum, concessionum, et declarationum Dominij nostri prefati, Nos vero visis et auditis privilegijs pactis, Concessionibus et declarationibus de Tempore in Tempus factis per Dominium nostrum pro Communitate prefata Civitatis austrie, et audito in Contradictorio prudente fideli nostro per nos ad id vocato, et de huiusmodi rebus satis bene practico, et instructo, Deliberavimus, et ita vobis cum capitibus Consilij nostri decem, quibus incumbit curare, et efficere, quod privilegia, et Concessiones nostre serventur, Mandamus ut circa predicta nec ipsam Communitatem fidelissimam Civitatis Austrie, nec homines illi suppositos gravare, requirere, et Compellere aliqualiter debeatis, vel permittatis Contra formam, et Tenorem privilegiorum, et Concessionum factarum, quoniam intentionis nostre est ut non solum que promissa vel concessa per nos ipsi fidelissime Communitati fuerint, constantissime serventur, ut illi, quam ob meritum fidei sue habuimus semper, et habemus inter caros, verum etiam volumus Tamque illam, quam illos, qui ipsam representant, et pro omnibus rebus et Causis illius presertim que iuste, et honeste Con-

cernant humaniter, et dulciter audiri, et tractari, atque expediri; sicut non dubitamus vos esse facturos, verum bene vobis dicimus, et si in causis, de quibus sup. aliud haberetis, sentiretisque in contrarium ad nos et capita consilij nostri decem prefati immediate rescribatis. Has autem in cancellaria vestra ad futurorum memoriam registrari facietis, et scriptas presentanti restitui. Datum in nostro ducali palatio die xviij octobris, indictione 5.ta 1486.) a tergo) Nobilibus et sapientibus viris Thome lippomano locumtenenti patrie foriiulij et successoribus, etc.)

Copia responsionis facte per nostrum Ill.mum Duc. Do. oratoribus nostre comitatis civitatis austrie super certa ambasiata

Respondeatur ambasiatoribus communitatis civitatis austrie, et primo ad requisitionem, quam fecerunt super facto salis, quoniam locumtenens noster scripsit dicte communitati publicari etc., quod audivimus requisitionem predictorum, et respondemus, quod dictam communitatem civitatis austrie habemus pro nostris bonis, et fidis amicis, et intendimus pacem, quam habemus cum eis, effectualiter observare, et ad factum cride, et proclamationis, quam locumtenens noster super facto salis dicte communitati scripsit, et

publicetur etc. Dicimus, quod nolumus dictam Cridam
faciat proclamari, nec habeat effectum, et volumus
et sumus contenti, quod dicta Communitas possit
se fulcire a parte Terre, sicut erat consuetu
facere per elapsum, et illum vendere ad libitum suum
secundum suas consuetudines.

Item ad alias duas proclamationes etc. super appel-
lationibus, et super investitionibus pheudorum etc.
Respondemus, quod intendentes pacem, quam cum
eis habemus, observare, et conservare eos in suis
libertatibus, Relinquimus in sua libertate super
facto appellationis prout quod sibi placet.

Et similiter super facto investitionis pheudorum reci-
piende, si volunt habentes pheuda dictam
investitionem accipere, vel non, remaneant in
eorum libertate.

Pro remissione cuiusdam Carcerati ad civitatem austrie dl. 1491.

Augustinus Barbadico Dei gratia Dux Ve-
netiarum etc. Nobili et Sapienti viro Paulo Barbo de
suo Mandato Locumtenenti patrie foriiulij fideli di-
lecto salutem, et dilectionis affectum. Cum nostro
Consilio decem vidimus, et multum bene intelle-
ximus quantum ad capita consilij nostri decem scrip-
sistis, et notificastis per litteras vestras diei 24
Januarij preteriti super retentione per mini-
stros vestros facta de persona cuiusdam Jacobi
de Seravalle notarij per vos pro Crimine

falsitatis condemnati, et Banniti de illa patria, et vettenti modo, ut scribitis. In villa de Sagliano jurisditionis fidelissime Communitatis Civitatis nostre austrie, que illum instat restitui per vos debere pro observatione privilegiorum et jurisditionis prefate allegantis et producentis vobis privilegium Sigismundi Imperatoris sub datum. 1415. et alios altus, et litteras Dominij nostri, et precessorum vestrorum, quos et quas per nuncios Civitatis austrie presentatos, et presentatas ad nos sub Bulla misistis, vidimus etiam, et intelleximus que circa hanc causam ad nos scripsit per suas litteras eadem Communitas austrie, que etiam suum nuncium hac pro causa misit, demum omnibus bene pensatis volumus, et cum consilio nostro decem Mandamus vobis, ut his habitis hominem ut supra rettentum relaxare debeatis, et restitui facere impune ad locum unde fuit tractus, ut ipsa fidelissima Communitas Civitatis austrie conservetur in jn jurisditionibus et privilegijs suis, Has autem ad futurorum memoriam registrari faciatis, et registratas presentanti restitui.) Dat. in nostro Ducali palatio Die sextadecima februarij, Indictione decima. 1491.)

A Tergo) Nobili et Sapienti viro Paulo Barbo Locumtenenti patrie fori julij 27.)

~ Pro eadem Civit. aust. pro eius Castro Tulminij, quod a eo nullatenus molestet. del. 1460. ~

V. 1.

Pasqualis maripetro Dei Grã Dux venet. &c.

Nobilibus et sapientibus viris Hectorj pasqualigo
de suo Mandato Locumtenenti patrie forijulij, et
Successoribus suis fidelibus dilectis salutem
et dilectionis affectum, Ad nostram se contule-
runt presentiam spectabiles Dnus Addam de for-
mentinis Miles, ac Dominus Antonius de nordis
Doctor, necno Janus q. philippi de Cottis, et Nicolaus
de Clararinis oratores fidelissime, et devotissime Com-
munitatis Civitatis Austrie, et exposuerunt pre-
dictam Communitatem notitiam habuisse vos ad instantia
Gubernatoris introytum inquirere quo jure, vel auctori-
tate suprascripta Communitas Teneat, et possideat
Castrum Tolminj, de quo admirantur, et supplicarunt
ut Considerato quod singuli eorum ad Dominium nostrum
affectione se adhaeserunt nostro Dominio, ac gravissimis
damnis, et incomodis per eorum passis, et quod Tandem
Contenti fuerunt sub nostro Dominio esse indubie
Tenentes protegi, et defendi, et perpetuo in eorum Ju-
risditionibus conservari, et nedum ex eis sibi
non diminui, sed potius bonificari, et augeri, sed po-
tissime in hoc Cum asserunt Clarissime constare post
eos nedum dictum Castrum per viginti, Triginta
vel quadraginta Annos, sed centum, et ultra
possedisse, et propterea supplicarunt subveniri spe-
cialiter Cum constet litteris Dominij nos alias
statuisse, ut qui a Tempore patrie Antonij retro gestis

possederit, molestari non possit. Nos vero qui de hac re nullam habueramus notitiam, voluimus audire Gubernatores suprascriptos, ac etiam illos, quorum auctoritate, et opinione dicti Gubernatores asserebant hanc materiam promouisse, qui asserunt nihil aliud scripsisse, vel attemptasse quam ut intelligeretis qua ratione dicta Communitas austrie tenebat castrum predictum, et omnibus plene consideratis Deliberauimus insimul cum collegio nostro, et jussimus dictis nostris Gubernatoribus, ac etiam vobis Mandamus expresse, vt hec materia totaliter soppiatur, et nullatenus moueat, nec in futurum molestetur suprascripta communitas Ciuitatis austrie occasione dicti Castri Tulmini, sed omnino pacifica ipsius cum juribus suis possessione gaudere permittatur omni contradictione cessante, sicut illud jam diu tenuit et de presenti possidet, quoniam deliberamus quod in ipsius libera possessione permaneat, et conseruetur, has autem registrari faciatis, et postea nuntijs fidelissime Communitatis assignari. Dat. in nostro Ducali palatio, Die .vij. February jndictione nona .1460. / a Tergo Nobilibus et Sapientibus viris Hectori pasqualigo Locumtenenti patrie forijulij, et successoribus suis / Registrat.

.1419. adi .25. Novembrio. lu di de Sancta Catharina mette Campo mis Ludovico Duca dela patria contra la nostra Terra de Cividal, et solo patria in persona con Tuta la patria del friule, et Con loro fo uno baron Ongaro chiamato Diamis con ongarj .6000. et Contra de noi fo Tuto lo sforzo del Contado de Goricia, et quelli de Udene facerin Tuto lo suo sforzo contra de noi cum bombarde, et moltitudine de scale, et mantelletti, et Tutj Cridavano a Cividal a Cividal a saccomano, et li ongarj corse jn Schiavoni, et robarin per Tuto, et Tolse la foran de landrj, et Sancta Maria de monte, et Taiarin Tute le vide a Torno la Terra et Brusarin Tute le nostre ville, et quellj de Venzon corsin su la nostra strada che vien per plezo, et robarin Tutte le ville per plezo, et Taiarin Tutj li ponti, amazarin et pigliarin assaj presonj de la villa de plezo: jn la nostra Terra si era Carlo deli Grigli con .60. lanze, et Zuane de ms Marin cum lanze quaranta: Et Cicchino da bagna cavallo cum lanze tre, et pedonj .100. et Zio cum lanze do, et pedonj .100. et dapo lo dj inanci che lo Campo se partisse vène jn nostro adiutorio pizin de pisa cum .100. Compagni, et cum do lanze, et per gratia del omnipotente jdio nissimo fo delj jnimisi apresso con una ballestrada dale fosse dela Terra, et stette a Campo jn la villa de butinis per .15. o .16. dj, et si partirin

una sabbida da matina, et una parte deli ongari androrono a Udene, et laltra parte andoro fora jn ongaria.

Jnfrascripte Recognitiones pheudales Registrate fuerunt per me Marcum Antonium de Consortibus Toppi notarium publicum ex quodam au-tentico libro cooperto corio rubeo valde vetusto R.di Cap.li Ciuitat. Austrie, prout jacet mihi antedicto petenti per ante-dictum Capitulum die penul.mo januarij 1529.

Anno 1275 ad cartas 9.

Recognitio pheudor. Dnj Smedidj de Toppo.

Dominus Smedidus de Toppo confessus fuit habere ad verum, et legale pheudum ab aquilegiensi Ecclesia Mansos Tres jn Sancti Danielis villa, jtem duos Mansos jacentes jn villa nova, jte duos Molendinos sitos jn villa nova, jtem quat-tuor Mansos sitos jn villa Mamag, sicut de his constat publico jnstrumento suprascripto dno Domini Millesimo ducentesimo septuagesimo qnto signato per literam. 6.

Pro Toppo.

Jnuestitio varnerij de Ragonea, et Rizardi de Toppo de juribus eorum Millesimo ducentesimo nonagesimo quarto die secunda Martij, signato per lram. S.

Pro eodem

Millesimo Tricentesimo septuagesimoquarto, jndictione duodecima, Die secunda Decembris, Nicolussius notarius q. q. Joannis, et Gabriel q. q. Rizardi de Camisa per se ac nomine q. Andree patrui jpsorum, etiam Bertholdi et Alexij q. q. Scotti de eodem loco jnuestiti fuerunt per Dominum Marquardum patham de bonis pheudalibus q. Bertholdi q. q. Bonauenture de Camisa Tanquam heredes eiusdem Testamentarij, et promiserunt pheuda jn scriptis dare jnfra .15. dies.

Pro eodem à Cart. 163.

Millesimo Tricentesimo Trigesimo quinto, jndictione Tertia Die Tertio Maij, patha Belorando, jtem dicto Die, Coram Domino patha pro parte Bartholomej, et Brisinj de vtino fratrum producta fuit cedula huius Tenoris, Habemus Nos Bartholomeus et Brisinus fratres de vtino olim Dni Brise de Toppo jn habitantia a Dno patha, et ab ecclia aquilegiensi sedimen vnum domorum situm jn Castro vtinj cum alijs pertinentijs ad dictam habitantiam, prout jn libro ecclesie aquilegiensis reperitur:~

Anno .1258. Patha Gregorio ad Cart. 126.

De Ressignatione facta per D. Snazuttu de Toppo.

Jtem Anno predicto, Dnus Harzuttus de Toppo exequutor Testamenti q. linusinj filij q. Dnj Slurachj de Maniaco ressignauit, et dedit jn manibus Dnj pathe Gregorij valconum filium q. Joannis valo-

conis de Murutio servum jpsius liusinj cum vni-
verso peculio.

Anno . 1300 . ad cart. 84.

Recognitio pheudor. Bernardj et pecim-
nanj fratrum de Ragonea

Bernardus, et pecimonius fratres de Ragonea
Recognouerunt habere jn pheudum ab ecclesia
aquilegiensi jmprimis, et quandocumque aliquis eorum
est jntra, vbi est Dnus patria, maior de domo
Ragonee potest accipere scutellam mane, et
sero, quam vult, de mensa patrie, jtem habent
vnum Mansum jn sancto Daniele jn vinitate jn-
garie, et per vinitatem angarie, et si Coloni
dicti Mansi dant Roddiam jn manus Gastaldionis
media reuertitur Dno, jtem duos Mansos jn
villa noua, jtem tres Mansos jn Abbazona,
jtem vnum Mansum jn mamaco, jtem duos Man-
sos jn Hirnis de habitantia, jtem vnum Man-
sum jn Campiformio, jtem vnum Mansum jn
Ussano, jtem duos Mansos jn Baynaco jn pheudu
Masculi et femine, vt de predictis constat
jnstrumento publico scripto Anno Domini Mil-
lesimo Tricentesimo Signato P.

Anno . 1275 . ad Cart. 9.

Recognitio pheudi Marquardi de Ragonea

Marquardus de Ragonea recognouit habere
jn pheudum ab ecclesia aquilegiensi ad directum et

legale ~~pheudum, inprimis ... unum Mansum situm~~ jn villa sancti danielis, jtem unum Mansum situm jn sraulis, jtem quinque Mansos sitos jn villa noua, jtem duos Mansos sitos jn villa de Maniaco, jtem unam parassidem cum quolibet ferculo apposito accipere jn mensa dni patrie, et Sp. Marquardus sit presens, si non sunt ibi maiores eadem domo ragonee, jtem duos Mansos, et medium sitos jn villa de busarit jure phoudi habitantie, de quibus constat publico instrumento scripto anno Domini Millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, Signato per hh.)

Anno .1200. Recognitio pheudi franci de ragonea

Dominus franciscus de Ragonea confessus fuit habere jn pheudum rectum et legale ab ecclesia aquilegiensi, jnprimis scutellam de mensa domini patrie cum omnibus cibarijs, que intus essent, quicumque ipse esset jn curia eiusdem domini patrie, et alius, vel alij de domo, et casata sua non essent ibi, eo maiores, ac seniores, jtem jn Ragonea decimam de quadam villa que dicitur villa pizula, jtem jn villa sancti danielis duos Mansos, jtem jn villa noua quattuor Mansos, jtem jn Albazana unum Mansum, jtem de villa de Giajo unum Mansum cum Castenetto, et cum sylua, et jure herbatij, jtem jn Maniaco tres Mansos, et decem et nouem operarios aquilegienses, et hoc saluo etc ut, patet instrumento publico scripto anno Domini .1200. Signato per dd.)

De sn̄tia lata p̄ fideles eccl'ie aquilegien. de eo, quod si aliquis, qui nō sit de natura militu', possit habere manuz pheudi, Anno .1298. Patria Gregorio

Item Eodem Anno. Cum Dominus Henricus de villalta quereret a venerabili patre Dno Gregorio Dei Gratia ellecto aquilegien. patria et judicari faceret per Laudum curie sue, quod interesset, si aliquis, qui non esset de natura militum neque per patrem, neque per avum, neque per proavum, perveniret ad honorem Militie propter divitias suas, vel aliter si posset habere manum pheudi, et heredes ipsius possent habere pheudum, et querente ipso Dno aquilegien ellecto judicatum fuit per Dnum Henricum de villalta quod si illi, qui accipiant militiam, non contradictum fuit per aliquem patrem, vel Dominum Terre tempore receptionis sue Militie, quod debeant uti honore militie, et hereditate pheudum ipse vel sui, ex altera parte judicatum fuit per dnum Canonem de Murutio, quod si cum voluntate Dni Terre accepit Militiam, debeant ipse, et heredes eius habere manum pheudi nisi vivente illo de cuius manu pheudum accepit, nec uti honore militari ipse, vel heredes eiusdem, cuius Domini Canonis sententia fuit a maiori parte curie approbata.

Manumissio seruor. R.mi D. Car.lis de prata al. 1382. registrata ex quoda prothocollo exnte penes S. franciscum de muttinis.

Millesimo Tricentesimo octuagesimo secundo, quinta jndictione, Die vero quarta Mensis septembris. Tempore Sanctissimi Dnj Vrbanj Pape Sexti prate jn palatio jn Camera magna superiori prope salam magnam presentibus egregio et potenti Milite Joanne q. Dnj Nicolussij comitis de prata, Nob. Rizardo nato nobilis et potentis Dnj Guecelmi comitis de Camino, Desyderato q. q. Guarnierj de portinstagno, petro q. Dnj Zanini de prata notario, ac alijs pluribus Testibus ad jnfrascripta vocatis specialiter, et rogatis, Reuerendissimus jn xpo pater, et Dnus Dnus pilleus miseratione diuina Titulj Sancte praxedis Sancte Romane ecclesie presbyter Cardinalis dignissimus filius et heres vniuersalis egregij, ac potentis virj q. Dnj Biachinj Militis, et Comitis de prata pro se, et suis heredibus jntuitu Dei omnipotentis, et ob reuerentiam jntemerate virginis Gloriose Marie, omnibus modis, et vijs, quibus melius sciuit et potuit manumisit omnes seruos suos quoscumque Tam mares quam feminas existentes jn prata, quam eius Comitatu, et extra cum omnib.

eorum mobilibus, immobilia vero voluit, quod ipsi habeant, et teneant pro habitantia, et pro dicta habitantia teneantur facere servitia secundum quod idem pilleus cardinalis duxerit ordinandum etc., et teneantur dare in scriptis omnia ipsorum bona immobilia dicto domino P. cardinali; item voluit quod omnes servi sui extra pratam tempore huius contractus existentes teneantur in termino sex mensium proxime futurorum venire ad standum et habitandum in prata personaliter saltem per decem annos etc., et in casu, quo infra dictum terminum non veniant ad residendum in prata sicut superius dictum est, vult ex nunc, quod sint in eadem servitute ligati et damnatione, sicut primitus erant, exceptis Ancelutto, et Raynaldo fratribus q. Jacobi Ancelotti de Morsano cum eorum liberis, necnon Bartholomea q. magistri Blachi de prata uxore dicti Ancelutti primo nominati cum eius liberis, quos omnes voluit gaudere privilegio libertatis, ita tamen, quod bona mobilia, et habeant pro habitantia secundum quod superius dictum est etc., et omnibus debeo facere instrumenta secundum formam hic proxime in sequenti folio descriptam.

Et Ego Jacobus q. Meynardi de Clusa aquilegiensis diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui, eaque

de mandato supra scripti R.mi D.ni Cardinalis Mamuniss-
sionis scripsi, et publicavi.)

Q.n D.nus Pylleus Car.lis Ravenas
fuit positus in possessione morsani
cum iuribus suis p. D.num Ricardum de pta -

Fragilitati Inconsulte Minorum providere cupientes statuimus, quod nullus Masculus, vel Mulier minor annis viginti curatore carens, et bona sua administrans sui iuris alienare valeat, vel obligare aliqua bona, vel iura sua immobilia sine expresso Consensu duorum ex proximioribus suis masculis maioribus annis vigintiquinque, quibus non extantibus, aut extantibus, sed minores Tales non diligentibus secundum famam aliorum attinentium dictorum minorum, Tunc per judicium elligantur duo Notabiles viri, qui Condictionem paternam, seu ipsorum minorum notam habere possint, qui Tales proximiores, vel boni viri electi insimul cum ipsis minoribus, et Nobiles, Maiores, et alie persone non subiecte altori judicio Coram D.no locumtenenti, vel eius vicario, alie vero persone sub judicio loci, in quo resident, jure Teneantur.)

~ Alie l.re ex.mi Consilii x.m potti Campe ~

Non possumus profecto non admirari, ut Cum die ultima Mensis Novembris elapsi scripsserimus, ut in

causis, et differentiis existentibus inter fideles
nostros Consortes pulcinici, et communitatem
istam Campi, vos non impediretis, Cum locumte-
nenti nostro patrie forijulij Cognoscend. terminand.
spectent, sicuti etiam in. 1496. hoc idem decla-
raueramus, vos non modo litteris ipsis non
paruistis, nec aliquod responsum non dedistis, verum
etiam processistis ad Condemnationem contra Jacobum
Antonium vnum ex Consortibus predictis, et no-
nullos alios, et pro illius pignore accipi fecistis
equos duos in vilipendium, et contra tenorem
prefatarum litterarum nostrarum, quare egre ferentes
Talem inobedientiam vestram per litteras nostras
vobis iteratum duximus imponendum, neque ex
animo iubendum, vt ipsis litteris nostris debitam
obedientiam, vt facere tenemini, et debetis,
prestare debeatis, restitui faciendo statim
equos predictos ipsi Jacoboantonio, et remit-
tendo ipsam, et alias causas suas locumtenenti
nostro predicto iuxta formam litterarum nostrarum
predictarum, Nam si aliter per vos fiet, quod tamen
non Credimus, Contra inobedientiam vestram
Taliter prouidebimus, quod damno et iactura vestra
intelligetis quid sit nostra paruifacere ma-
data. Die duodecimo Januarij. 1493.
Consiliarij, ser hieronymus vendramino, ser Sebastianus
badoarius, ser Antonius valerio, ser [illegible] vittureo
Ego [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] ex aut[illegible] fideliter exemplauit.

~ Lre advoc. Cois Locumt. prie, q̄ obsuet privilegia Nob. Castellonor. ~

Spectabilis et Egregie Amice Carissime, propter querellam alias dispositam Coram nobis et officio nostro per Bertholum Marmossij de Arthenea scripsimus vobis litteras Tenoris infra scripti, sed Cum videtur, q̄ ear. Tenorem innouatur, eas vobis replicari mandauimus; Cum querella Coram nobis et officio nostro exposuit Bartholomeus Marmossij de Arthenea, q̄ licet per Dnum nostrum in efficaci forma vobis et successoribus vestris scriptum et Mandatu fuerit, q̄ ipsum molestari non permitteretis per Capitaneum Glemone, sed q̄ Conueniri possit, et debeat solum Coram locumtenentib. nostris secundum Consuetudines patrie, quoniam est Nobilis patrie forijulij, et pheudatarius nostri Dominij; Tamen in Contrarium Contra fieri permittitis, et ipsas litteras Dominij nostri pro nihilo habetis, et proinde petijt sibi prouideri, Nos vero, qui Tenemur ex officio nostro facere Rectores obseruare litteras Dominij nostri, vestram Spectabilitatem ex officio nostro requirimus, vt ipsas litteras Dominij nostri datas sub die 16 augusti 1448 obseruar debeatis, sicut Tenemini, et debetis, aliter vobis denotamus, q̄ prouidebimus iuxta libertatem officij nostri nobis Traditam, Dat. die 12 Januarij 1449;) Mattheus vilturi advoc. Cois venet.

A Tergo) Sp. et Egr. viro D. Fantino viaro hon. locumt. prie. forijulij, et succ. suis Amicis Car.mis ~

Alie lre aduocatis cois Locumt prie
jn materia suprascripta D. fantino viaro
p. f. jut. locumtenentibus et successoribus suis.

Licet per litteras Dominij nostri et Dominium nostrarum, satis clare vobis scriptum fuerit propter querellam Bertholi Marmossi de Arthenea, ut non permitteretis ipsum conveniri coram aliquo Capitaneo nisi coram vobis, et alijs locumtenentibus, tamen videtur, quod ipse littere non servantur sibi jn eius preiudicium, et jacturam, Requirens proinde a vobis, et officio nostro de remedio sibi provideri, Nos autem scientes, quod per ellapsum semper fuistis obediens mandatis Dominij nostri, et etiam literis officij nostri supra scriptis de predictis admirati, decrevimus quod iterato scribere vestre spectabilitati, et eandem requirere, ut precipiat Capitaneo Clemone sub illa pena que vobis videbitur, ut nullatenus conveniri faciat coram eodem Berthulum, sed vos debeatis esse judex suus, et administrabitis cuilibet petenti jus, et justitiam, Si vero dictus Capitaneus fuerit jnobediens, auferri sibi faciatis dictam poenam, et ad aliud procedatis, sicut vobis videbitur, preterea ipse Bartholomeus conquestus est, quod aliqui promiserunt pecunias se daturos, ut dictus Bartholomeus jnterficiatur, super quo sicut debetis, et tenemini

Talem provisionem et justitiam faciatis, quod dictus Bartholomeus possit secure vivere, et delinquentes debita pena puniantur: Lucas Trono, Mattheus Victuri Advocatores Communis Venetiarum, Die 15 aprilis 1449.

Mandatum Locumtenentis patrie Forijulij Capitaneo Glemone

Fantinus Viaro patrie Forijulij Locumtenens

Dilecti fideles nostri sicuti alias scripsimus Capitaneo Glemone, sic de novo vobis repplicando Mandamus, quatenus Nobilem Bertholum Marmossij de Arthenea Coram judicio vestro Conveniri, Causari, et molestarj non permittatis ad instantiam cuiusdam Dominj pedrussij, nec ad instantiam alicuius alterius persone, Cum dictus Bartholomeus sit pheudatarius noster, et vigore litterarum Magnificorum Dominorum advocatorum non potest conveniri Coram Tribunali vestro, Ideo siquid actum fuerit contra eum, id annullare, et annihilare debeatis, et siquis pretendit jus contra ipsum Berthulum, propterea coram nobis citato ipso Bertholo, et servato juris ordine sibi jus, et Justitia ministrabitur, valeat. Mandamus vobis, quod lectis litteris, et in actis vestri officij

registratis, illas dicto Berthola dare, et reddere debeatis ad eius Cautellam, Ex Vtino Die 10. Decembris 1449.)

Aliae litterae locumt. Cap. Glemonae

Fantinus Viaro patriae Forijulij Locumt.

Nobilis et Egregie Dilecte noster in Executionem litterarum Ducalium, quas nuper presentauit Bertholus Marmossij de Artherica, necnon quorundam mandatorum Dominorum Aduocatorum Communis Venetiarum precessori nostro, et nobis presentatorum Mandatorum quod ipse Bertholus sit Nobilis et pheudatarius patriae, et similes pheudatarij non possint Conueniri nisi Coram nobis, vt est intentio nostri Dominij, quamobrem mandamus vobis, quod filium dicti quondam Bartholi molestare non debeatis, et hoc sub pena vnius Marchae, et si aliquis ab eo aliquid petere intendit, ipsum Coram nobis citari facere debeat, Ex Vtino Die x. aprilis 1450.)

A Tergo) Nobili fideli nostro quondam Bartholomeo de Baldana, Capitaneo Glemonae, et Iudicio dicti loci fidelibus nostris Dilectis:–

Litterae aduocatorum Communis locumt. patriae D. Jacobo Lauredano et successoribus suis

Per Serenissimum Dominium nostrum Viro Nobili quondam Francisco

barbaro Militi, et successoribus suis scriptum fuit et Mandatum, quattenus Bertholum Marmossij de Arthenea Nobilem patrie forijulij, et pheudatarium nostri Dominij, pro quo quidem pheudo Tenetur Seruire nostro Domino cum Armis, et uno equo pro Ba-lista, molestari non permittent per capitaneum Glemone, sed quod de cetero coram locumtenentibus nostris Conueniri debeat secundum Consuetu-dines patrie, et sententias precessorum vestrorum prout in illis latius Continetur, et per plures litte-ras ab officio nostro emanatas precessoribus vestris et successoribus in opportuna forma scriptum fuit, ut predictas litteras Dominij nostri obser-vare deberent, et sicut nuper coram nobis exposuit ipse Bertholus, contra Mandata Duc. et litteras officij nostri Cogitis Jacobum eius filium ire coram capitaneo Glemone, et Dicitis, quod faciat officium suum contra eos, quod nobis molestissimum fuit, proinde vestras Specta-bilitates ex officio nostro requirimus et sub pena ducatorum centum auri in proprijs bonis vestris debeatis predictas litteras Ducales diei 16 augusti 1428 eidem Concessas obser-uare, et obseruari facere, prout iacent, alio-quin dictam poenam de impresentis vestris aufferri faciemus, et ad alias contra vos

procedemus juxta libertatem officij nostri, verum si aliquid per dictum Capitaneum contra dictas litteras Ducales contra quem Bortholum, et filium jmonatum foret, id penitus revocarj faciatis, Nicolaus Bernardo, Andreas Contareno Advocatores communis venetiarum, Die 6. julij 1451.

Lre Ducales Mag.co D. pottati portusgruarij app.te p jllos de portugruario, de quibus est quersia

Andreas Gritti Dei gratia Dux venetiarum etc. Nobili et sapienti viro Dominico Maurocено de suo Mandato potestati portusgruarij fideli dilecto salutem, et dilectionis affectum, Adiuit Conspectum Capitum Consilij nostri decem spectabilis Dnus vincislaus ex Consortibus purliliarum orator jstius fidelissime patrie nostre una cum fidelissimo nostro Dno valentio ex Nobilibus consortibus valuasonj pro suo jnteresse, et jndoluerunt, quod vos ad condemnationem processistis contra dictum valentium occasione cuiusdam querelle contra eum date per Nicolaum de Burgo de portugruario, asserens dictus orator hoc esse contra privilegia, et consuetudines Castellanorum patrie, quibus cavetur, quod locumtenens tantum solus sit judex Nobilium Castellanorum, et

super hoc articulo plures litteras precessores nostri diversis temporibus emanatas ad diversos Rectores ostenderunt, supplicantes de opportuno remedio, quamobrem admirantes vos velle ingerere in hac materia has ad vos scribendas duximus, mandantes cum capitibus consilii nostri decem ut pro conservatione suorum privilegiorum nihil innovare debeatis contra dictum Valentinum causa dicte querelle, immo retractando quicquid innovastis, quia intentio nostra est, quod ille locumtenens tantum sit judex castellanorum patrie, quemadmodum eorum privilegia disponunt. Dat. in nostro Ducali palatio, Die 29 septembris indictione tertiadecima 1525.

A tergo) Nobili et Sapienti viro Dominico Mauroceno potestati portusgruarii.

Die 26 oktobris 1525. ex libro Licentiarum.

Clarissimi Domini Capita excellentissimi Domini Joannes Emilianus, Paulus Nanus, et Lazarus Mocenicus, auditis in contradictorio oratoribus portusgruarii ex una, et orat. patrie forijulii ex altera, petentibus illis de portugruario revocatione litterarum diei 29 septembris proxime preteriti super causa Valentini ex consortibus Valvasoni, et super hoc auditis juribus ambarum partium, ipsas

licentiaverunt, et jusserunt Ita annotari; Andreas franciscus

Lre Ser.mi Dnij M.ci D. locumt. prin. declarates sniar app. D. pottatum portugr. et motisfalconj devolui ad D. Locumt.nem, nisi ubi ingerit pena sagui.

Franciscus foscari Dux venetiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris Marco lippomano de suo Mandato Locumtenenti, et successoribus suis, et intelligatis mentem nostram in causis appellationum Condemnationes pecuniarias quae per Rectores nostros patrie forijuly late sunt, aut in posterum fient, Declaramus et Volumus, quod omnes appellationes quarumcumque conditionum pecuniarum, et ferend per rectores nostros, et successores suos tam de venetijs, quam de illa patria vel aliunde devenient, spectant, et pertinet ad vos, et per vestrum Tribunal audiri, cognosci, et Terminari debeant secundum antiquos consuetudines, et constitutiones patrie per retroacta Tempora hactenus observatas et sic scripsimus, et expresse Mandamus potestatibus nostris portusgruarij, Maranj, et Montisfalconj et deliberationem, easque Constitutiones patrie in his casibus observent, et jnittat per quemlibet observari, Ita quod in huiusmodi

F. 1

Causis appellationum, et Condemnationum pecuniarum unusquisque ad vos, et vestros successores et Tribunal vestrum possit habere recursum, et ad requisitionem eorum, qui appellare vellent ac nostri, et successorum vestrorum mittere debeant processus, et scripturas huiusmodi Causarum, Die . 24 . Septembris . 1444 .)

Declaratio facta in parlamento patriae quod Bamniti per D. Locumtenentem pro homicidio puro possint assecurari per Nobiles Castellanos patriae ~

Ceterum petunt Ipsi Nobiles, et eorum quilibet, quod si aliqui homicidae, et homicidium in patria facientes se reducerent in Castris Ipsorum Nobilium et in villis subiectis eorum castris dictis sine jurisdictionibus possint, et debeant esse securi; praeterquam latrones, sicarij, et proditores in eodem Generali Consilio parlamenti nemine discrepante deliberatum, ac Terminatum fuit, quod hoc fiat, et observetur Tantum in puro homicidio jure servato de libertate Marescalchi patriae secundum antiquas consuetudines patriae, in alijs autem homicidijs nequaquam: quas omnes deliberationes, et Terminationes in eodem Generali Consilio Terminatas, et publicatas praesentibus aliquibus Nobilibus patriae, ad quae Tangit, et vice, et nomine quo supra praedicti Nobiles

laudauerint, et approbauerint, promittentes illas propriis Temporibus obseruare, et integraliter adimplere in presentia Totius Generalis consilij, et mei notarij infrascripti que quidem omnia prefati Domini de Consilio mihi notario mandauerint, quatenus in publicam formam reddigam et de eis vnum et plura instrumenta publica Conficiam:—

Ego Simon de hermonzonibus publicus imperiali auctoritate notarius, et Cancellarius Magnifici Domini locumtenentis et hon.mi consilij predicti premissis omnibus, et singulis dum sic agerentur, interfui eaque de mandato suo publicaui, et scripsi, et in hanc publicam formam reddegi, ac cum meo Tabellionatus signo Consueto in Testimonium omnium premissorum me subscripsi etc.

~ Confirmatio Declarationis ratae factae in parlamento per Dominum locumtenentem in executione Litterarum Ducalium ~

In christi nomine amen Nos Franciscus viaro pro illustrissimo, et potentissimo Ducali Dominio venetiarum Locumtenens Generalis patrie forijulij exequentes et exequi intendentes continentiam literarum ipsius Serenissimi Ducalis Dominij nobis directarum, et presentatarum die xmo. decembris, quarum Tenor Talis est. videlicet

Franciscus foscari Dei Gratia Dux venetiarum etc.

Nobili, et Sapienti viro fantino viaro de suo Mandato locumtenenti patrie forijulij Dilecto fideli Salutem et dilectionis affectum. intelleximus litteras vestras, quas ad nos scripsistis super facto illius homicidij, que

capi fecistis jn Territorio Spigimbergi, ob quod jlli Consortes
de Spigimbergo conquerentur, quod contra fiat jurisdi-
tionibus suis. Super qua re audiuimus unum ex Consor-
tibus jpsius loci, qui nobis presentauit quandam Con-
stitutionem factam jn Generali parlamento jn .1424.
die .26. Mensis Septembris, Tempore quo viri Nobiles Fra-
ciscus Bembo Milles locumtenens patrie jllius, et virorum No-
bilium Marci Bragadeno, et Nicolao Contareno prouisorum
missorum ad jpsam patriam, jn qua constitutione Conti-
netur hoc Capitulum vz: Si aliqui homicide, et
homicidium jn patria facientes se reducerent jn
Castris Nobilium jpsorum, possint, et debeant esse securi
preterquam latrones, sicarij, et proditores jn eodem Ge-
nerali consilio parlamenti nemine discrepante
deliberatum, et Terminatum fuit, quod hoc fiat Tantum jn puro
homicidio jure reseruato et facultate marescalcho patrie
secundum antiquas consuetudines patrie, quibus omnibus
plane jntellectis vobis dicimus, et Respondemus man-
dantes quod bonam et diligentem jnformationem habeatis
si homicidium per dictum homicidam est homicidium
purum, et si à Tempore dicte Constitutionis citra huius-
modi puri homicidij steterunt, et stant jn loco Spilim-
bergi, et jn alijs locis jpsius patrie, que habent
huiusmodi jurisdictiones, et jnsuper vos diligenter
jnformetis, si jlla clausula apposita jn dicta Con-
stitutione scilicet jure reseruato Marescalcho pa-
trie etc. habet derogare jn aliquo jurisdictionem eorum

Nobilium de Spilimbergo, et habetis illuc esse purum homicidium, et alios puros homicidas a Tempore citra stetisse, et stare securos in locis predictis patrie habentibus jurisdictionem predictam, et eam clausulam Constitutionis non derogare jurisdictioni ipsorum Nobilium, volumus quod non obstante sententia lata per precessorem vestrum, quod si deberet observari, haberet etiam vigorem in portunaone, et in reliquis locis patrie, que non sunt sub protectione nostra et Tamen hoc non assentiretur per Communitatem ipsorum locorum, illum homicidam liberetis de carceribus et ponatis, et restituatis ad locum ipsum Spilimbergi ubi securus permaneat, verum si ei super dictis tribus rebus aliquam informationem haberetis, ex qua vobis videretur dictum homicidam non debere liberari, Debeatis nobis rescribere, et expectare Mandatum nostrum, verum vos advisamus quod hec Causa dedita fuit ad nostros advocatores Communis, qui omnibus auditis Terminaverunt foris esse Dominij nostri rem ipsam Terminare, ob quam causam sicut dictum est, Terminationem fecimus, quam observare debeatis, et faciatis observari, ut superius declaratum est, Datum in nostro ducali palatio die . iiij . Nobris, Indictione . xij . M . cccc . xxxiiij .

Sane, et mature intellecta suprascriptarum litterarum

continentia, et Tenore, ipsarum vigore viso primo processu formato contra Candussium filium quondam petri de villa Stratt, et Benedictum eius filium, ac Condemnatione facta per Spectabilem et Generosum virum Dominum Leonardum Justinianum hon. precessorem nostrum contra predictos, qua eos bannivit de omnibus Terris, et locis patrie Forijulij, necnon quibusdam Testificationibus quorundam Testium productorum per Bartholomeum fratrem quondam Simeonis violenter interfecti de dicta villa quibus evidentissime patet dictum homicidam fuisse et esse purum, visis quibusdam Instrumentis productis pro parte Nobilium de Spilimbergo ad probationem jurisdictionis eorum ex quodam privilegio indulto per Serenissimum Ducale Dominium Antedictis Nobilibus de Spilimbergo Dat. in Ducali palatio 1420. Indictione Tertiadecima, Die 4 Junij, Item quodam Instrumento Nonnullorum Capitulorum porrectorum per aliquos Nobiles compatriotas Consilio parlamenti Tempore Regiminis quondam Spectabilis Militis Domini Francisci Bembo olim Locumtenentis patrie, et deliberatorum et Terminatorum ipsius Consilij, et visa Constitutione quadam posita, et descripta in volumen Constitutionum patrie ad Capta. clxxv. sub Rubrica de homicidijs puniendis, necnon visis depositionibus, et attestationibus plurium Testium examinatorum Tam super jurisdictionibus dictorum Nobilium de Spilimbergo, et super

jurisdictione marescalchi, e quibus clare constat huius-
modi puros homicidas stetisse, et stare securos in dicto
loco Spilimbergi, et in aliis locis patrie habentibus
talem jurisdictionem, et illam clausulam appositam in
dicta terminatione, et constitutione parlamenti
in jure reservato, et libertate marescalchi patrie
esse non derogare in aliquo jurisdictioni dictorum
Nobilium de Spilimbergo hoc casu consyderatis om-
nibus suprascriptis, igitur cum predictum homicidiu
fuerit purum, et per elapsum dicti Nobiles fuerint
in possessione jurisdictionis affidandi, et assecurandi homi-
cidas pro puris homicidiis in locis ~~in~~ jurisdictionum
suarum, et in ipsis secure stare possent, jurisdict.
Marescalchi in hoc casu non habeat derogare juris-
dictionibus ipsorum Nobilium de Spilimbergo attento etia
tenore ultrascriptarum litterarum disponentium, quod non
obstante sententia lata per ipsum Dominum locum
tenentem precessorem nostrum si predicta nobis con-
stabunt, eundem homicidam liberare debeamus de car-
ceribus, et restituere ad loca, ubi captus fuit, Man-
damus non obstante sententia precessoris nostri, quia
hoc casu ipsa Dominatio antedicta intendit non
debere observari, quod dictus Condussius liberetur,
de carceribus, et ponatur, et restituatur ad locu
ipsum, in quo fuit insultatus, ubi secure perma-
neat, et stare, et habitare possit secure sub Nobilibus
Spilimbergi, et ita Mandando dicimus, Sententiamus.

pronunciamus, et declaramus vigore, et in exequutione ultrascriptarum literarum Ducalium, et Mandatorum omni meliori modo, via, iure, et forma, quibus melius possimus, et debemus committentes vobis probo viro Joanni Casellino Marescalcho nostro, quattenus poni et restitui faciatis dictum Conclusum ad locum predictum, ubi insultatus fuit.

Lata, Data, et in his scriptis sententialiter promulgata et pronunciata fuit suprascripta sententia per prefatum Magnificum Dominum Locumtenentem pro tribunali sedentem ad suum solitum Banchum juris, et lecta, publicata, et divulgata per me Antonium notarium, et Cancellarium suum infrascriptum in .1434. indictione duodecima, Die xxvi. Mensis januarij, presentibus egregijs, et preclaris legum Doctoribus Joanne Moise, Antonio de Belgrado, Juliano de florentia, q. federico de florentia, q. Girardo de Archano, q. Thomasio Candidi, et probo viro q. Joanne Casellino Marescalcho patrie, Cui commissa fuit exequutio dicte sententie etc.

Relaxatio facta per Mag.cum D. locumtenentem Leonardo Carcerato Nobilibus Spilimbergi.

N christi Nomine, Amen. Nos Hector pasqualigo pro illustrissimo, et Excellentissimo Ducali Dominio venetiarum patrie forijulij locumtenens Generalis, Cognoscentes controversiam Capture facte per Joannem petrum et socios Caballarios Curie nostre de leonardo francisci de Cavoriacho ad Carceres

presentato, visa Comparitione nobilis viri q. Albertini de Spilimbergo nomine suo et aliorum Dominorum Consortum dicti loci requirentis in effectu relaxare debere dictum Leonardum bannitum pro puro homicidio, et captum in jurisdictione suprascriptorum Nobilium Consortum de Spilimbergo habentium jurisdictionem à longis Temporibus citra affidandi in dicta jurisdictione huiusmodi homicidas pro puro Tantum homicidio Bannitos etiam de Tota patria prout in Comparitione, et requisitione latius Continetur, viso etiam processu contra dictum Leonardum facto, et sententia exinde sequuta Tempore Regiminis Domini hieronymi Barbadico olim predecessoris nostri, visa etiam quadam Terminatione facta in publico parlamento Totius patrie forijulij Tempore Regiminis Magnifici et Generosi viri Domini francisci Bembo Militis Tunc locumtenentis patrie de Anno. 1424. de Mense Septembris, visa etiam quadam relaxatione facta per Magnificum Dominum fantinum viaro Tunc locumtenentem patrie forijulij per sententiam latam per eundem Dominum locumtenentem de Anno. 1434. sub die 21. mensis Januarij de quodam Candussio filio quondam petri de villa strate, qui fuerat captus sub jurisdictione, sive Territorio Spilimbergi, visis inde litteris Ducalibus in dicta sententia descriptis, ex quibus Constat huiusmodi bannitos

etiam de Tota patria forijulij pro puro homicidio Tantum per elapsum consueuisse fidari, et assecurari per dictos dominos Consortes de Spilimbergo, et stetisse, et potuisse stare jn eorum Territorio et Jurisdictione, prout jn dictis processibus, et sententijs, ac eorum priuilegijs clarius continetur, visis etiam quibusdam Testibus jn presenti processu examinatis, et omnibus bene consyderatis, non jntendentes aliquo modo Jurisdictioni predictorum Nobilium derogare, consyderato, quod dictus Leonardus captus fuit jn Jurisdictione jpsorum Nobilium, Christi nomine repetito a quo Cuncta recta procedunt Judicia omni modo, via jure, et forma, quibus melius possumus, et de jure debemus, pronunciamus, et declaramus dictum Leonardum fore relaxandum Tanquam jndebite captum de puro homicidio, et Contra jllud, quod fieri poterat, et debebat, et ex Consequenter mandamus suprascriptum Leonardum de Carceribus predictis liberari, relaxari et ad locum Jurisdictionis dictorum Nobilium reduci, atque reponi, non derogando tamen jn aliquo eius banno et Sententie prefati domini hieronymi precessoris nostri jn quantum jpse Leonardus permitteret se capi, et Juridice jn fortias Regiminis presentari, Committentes ex nunc dictam Commissionem, et Repositionem prudenti viro Jacobo Cantiani cum vno ex Caballarijs nostris eidem assignando.

Lata, Data, et jn his scriptis sententialiter promulgata fuit supradicta sententia per prelibatum Magnificum dominum locumtenentem etc. die 20. xbris 1560.

Et jllico Magnificus Dominus locumtenens Commisit

suprascripto q. jacobo quattenus dictum leonardum redu-
cere debeat ligatum ad locum jurisdictionis dictorum
Nobilium de spilimbergo, jn quo captus fuit per joannem
petrum caballarium, et jbidem libere relaxare
et jn sententia.

Relaxatio facta p. Mag.cu D. Locumt.m joannis carcerati . D. consortibus spilimbergi

8 JN christi Nomine Amen . Anno Nativitatis
eiusdem Millesimo quadringentesimooctuagesimo Tertio,
jndictione prima, Die vero veneris quinta Mensis
septembris, Actum spilimbergi sub logia pre-
sentibus joanne Margarite de sequals ibidem
habitante, et Daniele q. francisci de Basalgia
et jbidem habitante Testibus ad hec adhibitis vo-
catis specialiter et rogatis, jbique coram Specta-
bilibus, et Generosis viris dominis Thoma, or-
lando, Aloysio, Bartholomeo, francisco q. Domini An-
tonij, et joanne q. dni henrici ex Dnis consortibus
spilimbergi ad hec specialiter Congragatis Consti-
tutus Nicolaus Albanensis curie Magnifici Dnj
locumtenentis caballarius presentauit jpsis
spectabilibus Dnis Consortibus ex parte
Magnifici ac Generosi Domini luce Mauro dignissimi
locumtenentis patrie forijulij joannem q. franci
molendinarij olim de portunaone jbidem constitutum
de Carceribus prefati Magnifici Dnj locumtenentis

relaxatum tanque personam preteritis diebus male captam in dicta Terra Spilimbergi per curiam Magnifici Domini Marescalchi patrie, quem ad ipsos Dominos Consortes remittit prefatus Magnificus Dominus Locumtenens, ne jurisdictio ipsorum dominorum propter ipsius Joannis captionem modo aliquo derogaret.

Qui quidem Spectabiles Domini Consortes audita dicta relaxatione per dictum Caballarium facta cum presentatione dicti Joannis gratias egerunt prefato Magnifico Domino locumtenenti, qui dignatus est jurisdictionem eorum conservare etc.

Lre Mag. D. Aug.ni de mulla Locumtenentis patrie excellentissimis Capitibus Consilij X.mi

Excellentissimi Domini Cossi rechiesto dal Magnifico Domino Valentio deli Nobili Consorti de Valuason fazo ampla, et indubitata fede a vostre Excellentie qualmente il loco de portogruario è immediate sottoposto a questa patria, et compreso con li altri Castelli de essa patria, de modo che accadendo a essi Magnifici logotenenti bandezar alcuno de essa patria, et bandizandoli quelli se intendano bandizati de portogruaro, et de tutti li altri Castelli de essa patria, ita che tutte le appellation dele sententie civil et criminal de esso Magnifico podesta de portogruar vbi scilicet

non ingeritur poena Sanguinis, et che non somo de Nob. Castellanj, perche in quelli luj non si ha ad ingerir in Ciuil, ne mancho in Criminal, come per la mia Commission, et per la determination dela Ser.ma Signoria, et decision delle vostre excellentie appar, vienono et deuoluno ad essi soi Magnifici locotenenti, et la spectabel communita de portugruario viene nel parlamento de ista patria et paga al lo conseglio le impositione per quella et fanno le taglie come tutti li altri subposte, et de essa patria, et de cio R.mo ne fazo fede a vostre Signorie alla bona gratia [illegible]

Die . 2 . January . 1525 .

Augustinus de Mulla patrie fori Julij locumtenens.

a Tergo) Excellentissimis Dnis Capitibus consilij X.

~ Comparitio D. Joannis dla fratina corã D. potestate port. gr. allegatis suam M.tiã no ẽẽ suũ judicẽm Die . 2 . Junij . 1507 . ~

Comparuit Sp. D. Joannes dla fratina Ciuis portus gruarij, et in Causa quam habet cum Dno presbytero georgio dben satisfaciendo Termino suo supra statuto ad ostendendum quod sua Magnificentia non debet esse iudex Castellanos patrie fori Julij produxit exemplum litterarum Ducalium, ac litteras Mag.ci et Clar.mi Dnj locumtenentis quarum Tenor sequitur, instans per suam Magnificentiam remitti debere ad judicem suum

competentem eorumdem Magnificorum D. Locumtenentum patrie fori-
julij, quo audito prefatus Mag.cus Dnus pottas
visis dictis litteris ipsum Dnum joannem re-
misit ad Magnificum D. locumtenentem patrie Tamquam
judicem suum competentem; Tenor autem litte-
rarum Talis est.

Christophorus Mauro Dei gratia Dux venetiarum
Nob. et Sap. viris Angelo Gradenico de suo
mandato locumtenenti patrie forijulij etc.
Datum in nostro Ducali palatio die 21 Augusti
jndictione prima. 1468. Recepte die 19.
septembris. 1468. Sebastianus Decius
notarius, et coadiutor Cancellarie vetini
ex authentico fideliter exemplauit, et in
fidem etc.

~ Litere Mag.ci Dnj Locumtenentis Dno pottati
portogruarij, quod remittat causam Dnj
joannis dela fratina Tribunalj suo ~

Mag.ce et Gnose Tamquam frater. Conquestum est nobis parte
Nobilis Joannis dela fratina, quod vestra Mag.tia
jndebite ipsum molestat pro quodam loco nuncu-
pato selua mazor ad instantiam hominum de villa
forta, et litis consortium non obstante quod Ma-
gnificentia vestra in hoc minime impedire va-
leat pluribus rationibus, et potissime quia de
ipsa re coram nobis et officio nostro instituta
fuit querella de secta, et monopolio, quarum
Causarum nemo preter nos ex dispositione partiu

Ser.mi Dominij in patria judex esse potest. Item quia eodem loco alias fuit judicatum per hoc Tribunal nostrum, et sic ubi est ceptum judicium, ibi etiam debet finiri. Tertio quisdem q. Joannes sit Nobilis Castellanus patriae, vestra Mag.tia non est eius judex, et ideo implorata ope nostra Mag.ciam vestram requirimus ut nullo modo se impediat in Cognitione dictae causae, nec eundem q. Joannem Citari, aut molestari aliquo modo permittat Coram Mag.tia vestra officio proprio loco, sed per nos Cognosci, determinari ipsam causam permittat Tamquam judicem Competentem rationibus superius allegatis, et Tamen si quis de hoc se gravare vellet Citata parte Coram nobis Compareat justitiam debitam recepturus, Bene valeat Magnificentia vestra, primo februarij 1510.

Antonius Justus patriae forijulij Locumtenens.

A tergo) Magnifico et Generoso Tamquam fratri Domino Bernardino de Canali pottestati portus gruarij.

Presentatae Die 6. februarij 1510.

Remissio causae per Mag.cum Dominum pottatem portus gruarij Domino locumtenenti patriae forijulij.

Magnificus et Generosus Dominus potestas Judicis in Contradictorio Nobilis q. Joanne de la fratina ex una, et q. Nicolao de Gurgo, ac Daniele Zintilino suo et litis consortum nomine ex altera, exequendo literas suprascriptas remisit partes ad Clarissimum Dominum locumtenentem Tamquam in hoc causae judicem Competentem. Gabriel Gurgus notarius ex filio Cancell. portusgruarij fideliter exemplavit.

S.ntia M.ci D. locumt. in favore
No. D. Lucie q. No. Castellani Cauo-
riaci q. judicium S. Danielis sup. eo
q. D. locumt. sit judex, et in ea.

Mag.cus et Clar.mus D.nus Leonardus Emo
pro Ser.mo et inclyto Ducali dominio venet. etc. patrie
forijulij locumtenens Generalis dignissimus in Causa seu
differentia vertente inter Nobilem D.nam Luciam
de Cauoriacho relictam q. s. Francisci Antonij ex una, et
s. Dominicum Hardi de Sancto Daniele ex alia, pro
certis premijs expensar. venet. taxatar. et sol-
uendar. per s. Aloisium filium dicti q. s. Francisci
in executione quar. Mag.ci D.ni Auditores, et ear.
occasione visa instantia et responsione hinc inde,
visis litteris prefati Ser.mi Dominij Die. 27. Augusti
.1468. jubentibus observationem privilegior. et
consuetudinum Nobilium Castellanor. patrie, q. eos
nullatenus, et nullo quesito colore directe, vel in-
directe conveniri possint coram judicibus inferio-
ribus, item visis litteris bone Memorie Clarissimi
q. D.ni Joannis Emi eius patris equitis olim dignissimi
locumtenentis huius patrie sub ultimo Augusti
.1479. precipien. communitati Sancti Danielis, q. s.
franciscus de Castello Sancti Danielis de Nobilib.
patrie non cogeretur ab ipsa communitate
et q. si aliquis volebat quippiam ab eo, ipsum
conuenire deberet coram Magnifico D.no locum-
tenente solo judice Castellanor. patrie, item visso
statuto Terre Sancti Danielis, visa judicatura

Mag.ci Dnj q. paulj Bernardo locumtenent patrie del .1457. 2o. septembris jn fauorem jntromissionis jllius judicij Sancti Danielis, et alia similiter Mag.ci Dnj joannis ferri vicelocumtenentis patrie del .1494. a 22. Augusti, et habita consyderatione quod non convenit juri quod Nobiles Magnifici D. locumtenent tantum subditi jmmediate pro litis coloribus trahantur coram judicibus jnferioribus, et consyderatis demum omnibus aliis considerandis jnstantibus ipsis partibus pro sententia, Dominus quondam Antonio de Nobilibus Castellanis Cauoriaci pro dicta eius sorore, et prefato quondam Dominico declaravit jn his scriptis, et pronunciavit, quod si aliquis dicitur habere quippia ab aliquo castellano patrie jpsum directe vel jndirecte trahere non possit coram judicibus jnferioribus, sed teneatur eum convenire coram Magnifico Dno locumtenente solo judice jmmediate Nobilium Castellanorum, et continenter quod prefata Dna lucia non potuerit, neque possit jndirecte trahi coram judicio Sancti Danielis, et si dictus quondam Dominicus, vel alius aliquis Sancti Danielis habere pretendit, eam conveniat coram sua Mag.cia, cum parata sit omnibus debitam justitiam administrare, ex Actis quondam Antonij Belloni notarij, et civis vtinensis Exemplat

Sntia Consilij de XL.ta novissimi jn fauore Nob. quondam Jo: Bapte di paigaleijs jn Causa pheudi de

Pamigaleys et Gricol contra Nob. D.nam
Thomasiam filiam et heredem q. Nob. q.
Bernardinj de pamigaleys Sub Xmo. 1525.
Die. 30. Januarij, Indict. 14.

Andreas Griti Dei Gratia Dux Venet. etc.
Nobilibus et Sapientibus viris Augustino de Mulla
locumtenenti patrie forijulij fideli dilecto Salutem
et dilectionis affectum, Significamus vobis qua-
liter die. 22. instantis in Consilio nostro de qua-
draginta Novissimo propter remissionem ad illud
factam posita, et capta fuit hec pars videlicet quod ista Sen-
tentia lata per virum Nobilem ser Augustinum de
Mulla locumtenentem patrie forijulij, per quam
in causa et lite vertente inter D.nam Thomasiam
filiam et heredem q. Bernardinj de pamigaleis, et
Joannembaptistam de pamigaleis die. 20. octobris pro-
nuntiavit et confirmavit pignorationem ante-
nominate D.ne Thomasie cassata contradictione
ipsius Joannis Baptiste cum reservatione et
in ea, cuius relatio habeatur, Tanquam male et inde-
bite facta ad damnum et preiudicium prefati
Joannis Baptiste incidatur, cassetur et revocetur
cum sequutis et dependentibus, quod nullius existat
existat vigoris partibus revertentibus in pri-
stinum statum, et hoc in illa Tantum parte cassa-
tionis contradictionis quantum attinet ad pheudum
de pamigaleis et Cricol, juxta remissionem ipsam, quare cum

prefato nostro Consilio vobis Mandamus et dictam partem incisam cum omnibus in ea Contentis exequi faciatis, et dictam Sententiam in illa parte ut supra remissa et incisa, scilicet quoad phendum de pangaleis et Cricol. cassare, et abolere ex omnibus libris, et filcijs, et scripturis in et super quibus scripta reperiretur cum secutis, et dependentibus ab illa parte sententie quod nullius existat vigoris partibus reuertentibus in illo jure, statu, gradu, et esse, in quibus erant, antequam dicta Sententia in parte predicta ut supra incisa facta fuisset, et Cogi prefatam Dnam Thomasiam, et de eius bonis habentes ad dandum, et soluendum ipsi Joannibaptiste pro expensis Taxatis in presenti causa appellationis, et incisionis £ 17 s 2 par. de expensis autem istic in principali causa factis partibus Coram nobis Comparentibus justitiam ministrabitis, facientes has registrari et Registratas presentanti restitui, Dat in nro Ducali pall. Die 30. Jan. Ind. 14. 1525. Nob. et Sap. viris Augustino de mulla prie forijulij locumt et successoribus suis. Recepte Die. 6. februarij. 1526.

Priuilegium Nob. D. de maniaco à Rmo Dno patha Marino Grimani Dno patha Grimano.

N. 1335. Die ultimo Augusti. Constat in Nots q. Ser Gubertinj de nouate de Mediolano nots qualiter Rmus in Xpo pr Dnus Grimandus patha aquileien

Dedit jn pignore Galuano de Maniaco Garritum Maniaci pro starijs. 260. frumenti jn ratione. 40. veronen par. pro st. jtem auene st. 200. pro sol. 24 pro st. jtem st. 20. fabar pro sol. 40. pro st. ad summam £ 800. scilicet Garritum, quem Competebat jpsi dno patrie, et eccle aquileien jn maniaco, ac omnes Mansos, et jura pertinentia ad jpsum dnum patriam jn villis de Mamacho, sarma, et Basaldella, Gastaldia Auiani, jta obligando, et quod teneat vsque ad satisfactionem tantum etc.)

Jtem eo die dictus Rmus patria concessit, et Donauit suprascripta bona suprascripto Galuano et heredibus de Maniaco donec erit satisfactus vt supra, et Mandatum fuit vniuersis, vt sibi obediant, et fructus respondeantur.)

Registratum ex Thesauro Capituli Aquilegie vt jacet)

Pars Capta jn Excmo. Cons.o Rogator. Sup Salarijs accipiendis Rectoribus et alijs officialibus jllmi Duc. Do. Venet. Die xx. decembris. 1500.

Esta opportunamente promisto et deliberato respetto le excessiue, et insuportabil spese se hano a far per la Conseruation del stado nostro cerca el seruir gratis de quelli hanno officij jn questa nostra cita, e conueniente cosa perseruar equalita proueder circa gli galdino. J. rezimenti et

officij nostri de fora, perho,
L'andara parte, che Tutti Rectori, Camerlengi, Castel-
lani, et Tutti altri officiali, et jusdicenti zentilhomeni
nostri si jn Tutte Terre, et logi nostri, come etiam jn
logi aliena da parte de Terra, et da parte da mar
dal quarnar jn qua, et similiter li officiali popul-
lari, et vicarij, cancellieri, et altri dele fami-
glie de essi Rectori, Collecterali, Scrivani, et nodarj
dele Camere nostre, et Generaliter Tutte altre
persone, et siano chi esser se voglie, et quocumque
nomine nuncupentur, che quomodocumque galdano li offi-
cij, et beneficij si a Tempus, como jn vita Contenti
et non Contenti nele precedenti parte de Con-
tribuir siano Tenuti et debbiano principiando dal
primo zenar futuro fin per Tutto decembrio. 1501.
del sopraabondante cheli resta libero et netto, si
de rason de salario, come ogni altra utilita, pro-
uision, et regalia oltra Tutte Tanse, graueze, et
contribution allequale sono Tenute per le parte
furante oposte, Contribuir etiam et pagar lamita
Sig.ria nostra d'esser retenute nelle Camere
nostre, a quelli chi da esse Camere hano salario
et da esser pagati de mese jn mese da quelli che
hanno utilita senza salario, siando Tenuti Tutti
sopradicti Tenir di tal utilita sua, et regalie
un distincto, et particular conto, et quello presen-
tar jn Camera quando fara j pagamenti sui ut

supra, i quali conti poi mandar se debbino insieme cō
gli denari de mese in mese ai Governadori nostri del
le intrade sotto pene contenute nella part de
furanti, i quali denari immediate siano presen-
tadi alla procuratia nostra, et li segni in deposito
per dispensar nelle cose damar, come per questo
conseglio de tempo in tempo sara deliberato sotto
le pene antedicte, la remission de tal conti sia
etiam commessa ai provedadori nostri sopra le
cose di cypri cum quello modo, forma, et pene
sono sta cōmesso i conti de coloro, che contribuisco
in questa terra, similiter debbiano contribuir
la mita del netto quelli hanno provision da esse
camere nostre, et a questa condition etiam
se intendeno coloro che sotto pretexto, et nome
de spese hanno salario, over stipendio dala si-
gnoria nostra, et similiter etiam sotto zaseno
in omnibus alla present parte tutti quelli che
hanno i salarij sui dale nostre camere, over
dale communità nostre predicte, dechiarando
che niuno de predicti Rectori, et altri sopranominadi
per il tempo hanno a fare la soprascritta contributione
debbia haver alcuna contumatia: non se comprehen
dendo tamen el tempo, che sono obligati servir gratis
ma se alcun refudera stando in rezimento, sia per
quanto aspetta alla contumatia alla condition
prima nanti el prender della present parte, excep-
tuando perho dal presente ordine solamente i turi

stipendiarij, zoe zente darme, fanti a pie, Contestabili et Compagni dele porte delle Cita, et luogi nostri, che actualiter serueno, et li Doctori lezenti nel studio nostro de padoa, siando per il Tempo suprascritto suspesa cadauna parte, et ordine, che contrauenisse in tutto ouer in parte alla presente deliberatione, et perche ne sono alcuni che dala Signoria nostra hanno denari per spese, et de quelli non hanno a render conto alcuno essendo obligato a tignir numero de Caualli, et fameglì, se dechiari chel rimagni in arbitrio, et facolta de preditti alcuniarse dela mita de ditti Caualli et fameglia che fossino obligati tignir, excepturando in omnibus da questa parte i ambassadori nostri, et la presente parte non se intenda presa, ne hauer vigor sela non sara posta, et presa nel mazor Conseglio.)

(Presens pars capta fuit in maiori Consilio Die xxj. Decembris .1500.

Lr͞a Ducalis super restitutione Jacobi Claudi de Serrauallo cum Cons.^m X

Augustinus Barbadico Dei Gratia Dux Venetiarum Nobili, et Sapienti viro de suo Mandato locumtenenti patrie forijulij salutem, et dilectionis affectum, Cum nostro Consilio decem vidimus et multum bene intelleximus lr͞as ad

Capita consilij nostri decem scripsistis, et notificastis
per litteras vestras diei xxiiij. Januarij preteriti
super retentione per ministros vestros facta de
persona cuiusdam Jacobi de Seravallo notarij
per vos pro Crimine falsitatis Condemnati, et
bannitj de illa patria, et retentj modo ut scri-
bitis In villa de Gaglano Jurisdictionis fidelissime
Civitatis nostre Austrie, que illum instat restitui
per vos debere pro observatione privilegior(um)
et Jurisdictionis sue prefate, allegant(es), et pro-
ducentes nobis privilegium Sigismundi Imperatoris
Sub dat(o) 1419. et alios actus, et litteras Domi-
nij nostri, et precessor(um) vestror(um), quos et quas per
nuncios Civitatis austrie ad nos sub bulla
misistis, vidimus etiam, et intelleximus q(uan)tum
circa hanc Causam ad nos scripsit per suas
litteras eadem Communitas austrie, que etiam suu(m)
nuncium ad nos hac pro Causa misit, Demum
omnibus bene pensatis, volumus, et Cum Con-
silio nostro X.^m mandamus vobis, ut his ha-
bitis hominem ut supra retentum relaxare
debeatis, et restitui facere Inprimis ad locum
unde fuit tractus, ut ipsa fidelissima Com-
munitas Civitatis austrie Conservetur In
Jurisdictionibus, et privilegijs suis, has aute(m)
ad futuror(um) memoriam registrari facite, et re-
gistratas presentanti restitui, Datum in nostro

Ducali palatio Die. xxiij. februarij. 1491.

A Tergo) Nobili et Sapienti viro paulo Barbo Locumte-
nenti patrie forijulij.

Mandatum factum Mag.co D. Paulo Barbo locumte.m per Mag.cos D. Syndicos ad instantiam Mag.ce Comunitatis ciuitatis austrie. 1491.

Mandato Mag.corum Dnorum Petri Contareni, Joannis Nauaierij, et Sebastiani Justiniani hon. Auditorum Aduocatorum, et Syndicorum Illustrissimi Ducalis Dominij Venetiarum etc. Quoniam Coram eorum Magnificentijs Indoluerunt nuncij fidelissime Communitatis Ciuitatis austrie, quemadmodum Contra eorum Decreta, et priuilegia, et Concessiones ei Condonatas per Ser.mum Duc. Dnum nrum S.tas Vra, vel eius vicarius admisit, et acrepit querellam Tribunali vestro porrectam contra ser panthaleonem guaianum de dicto loco Ciuitatis austrie per Causam certe asserte violentie in stata et in querella, Commisse in personam Cuiusdam puelle, et super ea procedere intendat contra dispositionem dictorum decretorum, et Concessionum, Implorato propterea auxilio officij, Imprimis visis priuilegijs, Decretis, et Concessionibus, necnon litteris Ducalibus superinde emanatis, et id imperant minime fieri posse, Consyderatis quoque omnibus super eis animaduertendis, et quia etiam dixerunt Ita mentis esse Illu. prelibati Duc. Do. nostri quod priuilegia, et Concessiones obseruentur, Idcirco

Committitur vobis sp. Dno paulo Barbo hon. locumt. patrie forijulij, q super ipsa querella non procedatis aliqualiter, sed ad judicem competentem pro Cautione premissar. legum, et Concessionum remittatis, et per eum jus dici sinatis, Ceterum si jn Contrarium Sp. vra Sentiret, et querellam non remittendam cum processu Censeret, superSederi faciat per quindecim dies proxime futu aliorum processuj super Tali re, quo jnterim per prelibatum jllu. Duc. Do. cognosci et decidi possit Competentia Talis judicij, et si eo jn Tempore C. m. Sp. Duc. Dnium nostrum non expediretur, expeditionem Supersederi faciatis, jta omni suadente justitia quemadmodum et pro ea faciend. est, et Sp. vrar. factuream certo Tenemus, vtini. 29. 8bris. 1491.

Marcus Albonius man.to ss

Partes capte jn cons.o X.m pro observatia statutor. 1455. die. 9. julij.

Vadit pars, q Salvis omnibus ordinibus, et partibus Captis jn jsto Consilio loquentibus super observatione privilegior., et promissionum factar. Communitatibus Terrar. et locor. nostror. jn acquisitione eor., omnia jntromissa, suspensa et declarata quovis modo per dictos Audit. vel Tanq. Sindicos, vel Tanq. Advocatores, et nondum per eos expedita a Tempore dictar.

partium captarum in isto Consilio citra contra
dictas partes auctoritate huius consilij re-
tractentur, et pro cassis, et renocatis et reuo-
catis habeantur, reuertentibus ipsis causis
intromissis suspensis, aut declaratis quoquo
modo in eo statu, esse, ac vigore, et robore, quibus
erant ante dictas intromissiones, suspen-
siones, aut declarationes.

Et huiusmodi querelle communitatum, et sub-
ditorum nostrorum cessent, que quotidie fiunt ante
Capita, ordinetur, et capta sit, ut ipsi Auditores
vel Tunc Syndici, vel Tunc Aduocatores de
cetero non possint se aliqualiter impedire,
aut vllo modo facere contra contenta in
partibus supra scriptis sub pena ducatorum
.cc.torum auri cuilibet eorum, quam ab eis, et quo-
libet eorum quilibet Aduocatorum communis exi-
gere debeat sine aliquo Consilio Toties quoties
contrafecerit, vel contrafecerint habendo partem
et de alijs sui officij sub pena predicta ducatorum
.cc.torum auri, quam Capita cum isto Consilio exigant
ab aduocatoribus, et auditoribus predictis con-
trafacientibus. Residuum vero supradicte
pene, que exigeretur per Aduocatores ab audi-
toribus, veniat in Cameram huius Consilij.
Et nihilominus id, quod per dictos Auditores
vel Tunc Syndicos, vel Tunc Aduocatores factum

foret, vel fieret contra continentiam partium, et ordinum predict. sit nullius vigoris, vel valoris. Et suprascriptus ordo intelligatur pro omnibus Terris et locis nostris. Causæ vero, que jam per ipsos Auditores solos, vel Tanquam Syndicos, vel Tanquam Advocatores, que etiam per ipsos cum consiliis expedite fuissent, et Aliquis, vel aliqui vellent conqueri, Cognitio spectet Advocatoribus Communis, qui possit et debeant, si sibi videbitur contra factum fuisse partibus et ordinibus suprascriptis, eas visas intromittere, et ducere ad consilia, sicut possunt de aliis sibi et officio suo commissis, et pro informatione, et contentamento Communitatum et subditorum nostrorum scribatur, et mandetur Rectoribus Civitatum nrarum et ponatur in eorum commissionibus, quod sub pena ducat. cc.tor auri in bonis suis exigenda per Capita sine aliquo consilio, que veniat in Cameram consilii. xm presentem ordinem nostrum observent, et faciant inviolabiliter observari aliqua intromissione, vel suspensione non obstante, et addatur in Capitulis Auditorum novorum et per ignorantiam se excusare non possint, presens autem pars revocari non possit, suspendi, declarari, aut

aliter interpretari, nisi per D. huius Consilij.

Littere Ducales De agnatis et vicinis. 1441.

Franciscus Foscari Dux venetiarum etc. Nob. et Sp. viris Joanni Duodo de suo Mandato locumtenenti patrie forijulij et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Grauatus est coram per eius oratores fidelis communitatis nostre Ciuitatis austrie de quadam constitutione noviter facta circa factum venditionum bonorum stabilium qua cauetur agnatos, et vicinos posse presentare, et rem venditam pretio voluntate ementium acquirere, quam asserunt esse contra antiquas consuetudines, et in eius et Ciuium suorum maleficium redundare, supplicauitque prouideri, quod ipsi dicte noue constitutioni non subiaceant, quare cum semper volumus magnam habere ad nouationes aduertentiam, et imitari volumus consuetudines solitas, illasque ei promissas obseruari, deliberauimus, et volumus, ac vobis mandamus ut ipsos de Ciuitate austrie in eorum antiquis consuetudinibus conseruare debeatis in venditionibus et emptionibus suis, et

nullatenus pati q contra ipsam velle predictae novae constitutioni subiaceant, vel stare cogantur, Datum in nostro Ducali palatio die . 26 . mensis octobris, inditione quinta . 1441 .

Nomina seu omnium scribarum et notariorum qui tempore patriarcharum scripserunt monumenta memoratu digna in patria forijulij

Franciscus filettinus scriba Mag.ce communitatis utini habet penes se notas infrascriptorum, qui fuerunt scribae R.morum patriarcharum aquilegien.

Jacobi notarij de faedis.
jn . 1300 . Seraphini notarij varmini, usque ad 1381 .
Alricutij notarij de utino,
. 1366 . Nicolussij notarij de zubinis, usque ad 1381 .
Dominici notarij de zubinis,
Dominici notarij antiquioris,
Marquardi notarij de zubinis,
Benevenuti notarij q. conducturae physici,
. 1318 . Alborgetti notarij usque in . 1333 .
. 1273 . Arnoldi dicti pira de budrio, vel osualdi . 1299 .
. 1359 . Gaudiosi notarij . 1381 .

Infrascriptorum autem notas habet Nicolaus a fornace civis utinensis et notarius publicus
. 1350 . petri notarij q. dni francischini de foscolonova, 1358 .
. 1334 . Pasini notarij de forraria . q. d. and . 1350 .

Infrascriptorum vero notas habet q. Symon de louaria notarius publicus, et Civis Vtinensis (Vz.

q. Joannis de lupico notarij, in .1253. usque .1263.
q. franciscus de Vtino, in 1273. usque in .1299.
q. Meli
q. Cuse
q. Gabi
.1388. q. Guber ... 58.
q. Joann
q. Nicol
q. Raj
q. Joann
q. Gau ... i.
q. fran
q. Bel

Illi de Sus ... in-
frascrip

1350. q. Odoric
.1381. q. Joann
.1366. q. Christo

q. Beltr ... ti-
nensis ... not. q. q. q. nobi
q. q. Danielis de Clemona Cancellarij Magnificae Communitatis Aquilegien.)

Infrascriptorum vero notas habet q. Masottus, vel emo filius, notarius et Civis Vtinen. q. petri notarij de locha de regio.)

Notarij Curie M.ci D.ni locumtenentis ...

q. Antonius Mathiussij sive de crogio habet notas filius
q. Joannes de montegnaco sive del poggio habet notas q. Simon de louaria
q. Matheus del clapis habet notas q. Mathei eius nepos
q. Antonius a fabris habet notas q. Nicolai eius nepos
q. Joannes de louaria habet notas q. Simon eius filius
q. Joannes de Varis habet notas q. Petri eius filius
q. Melchior de Belgrado habet notas pater Jo. Bapt.a dona honeste
q. Raphael habet notas q. ... mastino
q. Laurentij de louaria habet notas q. Leonardi eius filius

nullatenus pati quod contra ipsarum vellet predicte nove constitutioni subiaceant, vel stare cogantur, Datum in nostro Ducali palatio die . 26 . mensis octobris, indictione quinta, 1441.

Nor[...] ur et not[...] [...]erint. MCC[...] [...]na in

S[...] [...]mmunitatis utriusque [...] fuerunt scripte

[...]1.

in . 1366. [...]

. 1366. [...] 81.

Memoria dli nodari che se [...]ano al tribunal del M[co] locotenente nel 1454 30/[...] lo M[co] miser nicolo Conterin

. 1318. [...]naldi . 1299.

. 1273.

. 1359.

Infrascriptorum autem notas habet quondam Nicolaus
da Fornace Civis utinensis et notarius publicus (videlicet
. 1350. quondam petri not. q. dni franceschini de fossalonova , 1358.
. 1334. quondam Pasini notarij de ferraria . q. d. And. 1350.

Infrascriptor vero notas habet q Symon de Louaria notarius publicus, et Ciuis vtinensis Vz.
q Joannis de Lupico notarij in 1253. usq 1263.
q franciscus de Vtino, in 1273. usq in 1299.
q Meliorantius in 1302. usq in 1314.
q Eusebij in 1318. usq in 1333.
1388. q Gabrielis q. Dni henrigini de Cremona. 1331.
q Gubertini de Nouat de mediolano 1327. usq in 1358.
q Joannis q. Dni Gubertini de nouat in 1359. usq in 1365.
q Nicolaj notarij de Ciuitat austrie in 1273. in 1299.
q Rajnerij Vendramini de mont Belluna.
q Joannis petri de fractis in 1334. usq in 1350.
q Gaudioli filij Joannis de Sancto vito in 1359. 1381.
q franc Nasutj in 1299. usq in 1301.
q Beltrandi de Sancto vito 1366. in 1381.

Illi de Susanna Ciues vtinenses et notarij habent infrascriptor notas Vz.
1350. q Odorici q. Andree de Susanna vtinen. 1381.
1381. q Joannis q. Odorici de Susanna. 1410.
1366. q Christophori de Musulinis. 1381.

q Beltrandus q. q Candidj notarius et ciuis vtinensis habet notas q Nicolaj notarij q. q Thobie q. q Danielis de Clemona Cancellarij Mag. Communitatis Aquileien.

Infrascriptas vero notas habet q Masottus, vel eius filius, notarius et ciuis vtinen q petri notarij de Lucha de regio.

Infrascripti vero Notas habet q. Marcus duratij de Spilimbergo notarius, et Ciuis dicti loci (...).
q. Valentini dicti nicolaij q. Venerij Calafatis de Utino no-
.1328. tarij .1333.)
Infrascripti vero Notas habet q. Belforte de Minutinis sub-scriba Ciuitatensis (...).
q. Jacobi Suappi notarij Ciuitatensis Cancellarij Pathe
Ludouici Ducis de Tech.)
Infrascripti vero Notas habet q. Antonius Comutij notarius, et Ciuis Ciuitatensis (...).
.1403. q. Antonij q. q. francisci .1410.
.1273. q. Vualterij notarij, et Scholastici Ciuitatensis
q. Nicolaij Ciuitatensis

q. Michilutto nodar, q. Zuanne nodar de Gaspardis, et
q. Zorzi nodar Tutti tre de portogruaro hanno assaissime
+ note, et scripture de piu sorte nodari antiqui Cancellieri de piu sorte R.mi Patri, in le qual sono
jnuestiture et Confirmatione de Castelli, ville et altre possession pheudale.)

.1334. Magri Vuilielmi de Ciuitat. not. R.mi D.ni Ottoboni Pathe Aquileiensis.)

Notarij Aquileienses infrascripti fuere.)
q. francisci not. q. Seraceni notarij de aquileia
q. Joannes Moretti notarij q. Antonij notarij de aquileia.)
q. Guielmi not. q. Martini not. de aquileia .1355.)

Infrascripti sunt notarij, quorum habet q Beltrandus notarius de Crocis. Hucvero In. 1527. istorum Monumenta habet q Robertus de latisana.)

q Antonius notarius de Crocis q. Matthiussij de Vtino.

q Nicolaus Notarius filitij.)

q Thomasinus q. nicolaj messe notarij.)

q Seraphinus not. varinnij scriba patris Canc.

q Jacobi notarij de fagedis et Canc. R.mi D. Marquardi.)

q Altricutius notarius de Vtino scriba patriarchalis et Cancellarius pathalis.)

q Nicolaus notarius de Bredis.)

q Nicolussius not. de zirbinis scriba pathalis Canc. pathalis.)

q Dominicus not. de zirbinis Cancell. pathalis

q Nicolaus notarius pucinij de Glemona.)

q Vnerellus notarius de Vtino.)

q Leonardus notarius Bartholomej.)

q Dominicus notarius q. Antonij.)

q franciscus notarius Cancij a fornace.)

q Nicolussius notarius q. odorici solancij.)

q Laur. Arpuntij notarius.)

q Alouisius notarius q. q Laur.ij Arpuntij.)

q Joannes notarius q. q odorici foriott.

q Alouisius notarius de Sancta Maria la longa.)

q Franciscinus notarius q. Joannis de Vtino.)

q Joannes notarius Barthej pediferatoris.)

Nicolaus notarius de Monteglano.
Nicolussius not de s[an]cta Maria la Longa.
Martinus not q. q. Thomasini.
Nicolaus not de Castilutto q. Jac. versule.
Nicolussius not q. q. Thomasini de Utino.
Nicolaus notarius Manni de Utino.
Jacobus notarius Colli.
Andreas Leonis notarius.
Thomasinus notarius Canc. Coitat.
Ancellettus notarius portusgruarii.
Joannes notarius de Mettis.
Pbr Petrus q. Janisi Cordonis de Justin. not in
Strassoldo Capellanus do.
·1339· Nicolaus notarius dilt zoletti.
Joannes notarius drussii.
Stephanus notarius de Utino.
idem q. Beltrandus habet et infrascriptos.
Rodulphus notarius de Arthenea.
Stephanus notarius de Castilutto.
Dominicus antiquior notarius de Zironis Can-
cellarius patrialis.
Hector de Fulmetio notarius habitans in monte-
falcone.
Pbr Macho notarius de guadrinio.

Ser Nicolaus notarius q. dominici messe.
Ser Marquardus notarius de Zirbinis Cancellarius patriarchalis.
Ser Thomasinus notarius q. mi. feratoris.
Ser Bonovenutus not. q. bonaventure phisici Cancellarii patriarchalis.
Ser Zannutissius notarius de Concordia.
Ser Joannes notarius Manfredi.
Ser Ludovicus notarius q. Dni Augustini.
Ser Petrus not. q. Matthiussii pellipari.
Ser Leonardus notarius q. Vgutionis.
Ser Simon notarius de Vtino.
Ser Zannuttus notarius de Vtino.
Ser Nicolaus notarius Vrsitti.
Ser Petrus notarius Dulmarii.
Ser Joannes not. q. matthie de burgo aquileie.
Ser Antonnius notarius.
Ser Joannes not. Thomasini Nicoletti.
Ser Raymundus not. in Castilutto.
Ser Martinus notarius Scapini de Spilimbergo.
Ser Romanus notarius de Vtino.
Ser Stephanus notarius de Varmo.
Ser Maynardus not. de Castillerio.
Ser Joannes notarius Arpucii.
Ser nicolaus notarius de Fagonea.

§ Venerius de palazollo notarius.

§ Leonardus not. Antonij de Utino.

§ Nicolaus not. Cancianni.

§ Jacobus not. Friulini.

§ Cancianinus not. de Utino.

§ Albergettus notarius de Utino Canc.[s] patriarchae.

§ Paulus not. q. dnj Henrigetti de bononia.

§ Virutius notarius de Utino.

§ Jacobus Claudus Nicolij de Utino notarius
habet tres quaternos notar. q. q. philippi not.
q. dnj Albergetti de Vandolis de Bononia del
.1355. 56. 57. et 60.

Etiam subscriptorum Notariorum § Beltrandus de Croce
de Utino notarius habet notas.

§ Thomasius Nicoletti notarius.

§ Franceschinus de Benettis notarius.

§ Venutus Bartholomej notarius.

§ Joannes Dominici de Cividato not.

§ Dominicus palaij notarius.

§ Martinus Misinj de Strassoldo not.

§ Martinus de Utino notarius.

§ Asnoldus dict. pira de Budrio notarius, Cancellarius patriarchae jn. 1298.

§ Paulus de Utino notarius.

§ Franciscus de Utino notarius.)
§ Angelus notarius.)
§ Leonardus Bivussij de Utino notarius.)
§ Benedusius de malacrida notarius.)
